N. Inv. 538.

538.



... annum agens
... patrem amisit
... sequentibus quoque consuli-
... flamen dialis destina-
... dimissa cossutia que
... familia equestri sed ad-
... modum dives pretextato
... desponsata fuerat Cor-
neliam Cinne quater
Consulis filiam duxit uxo-
rem Ex qua illi mox Iu-
lia nata est neque ut repudiaret compel-
li a dictatore Sylla ullo modo potuit.
Quare et sacerdotio et uxoris dote et gen-
tilicijs hereditatibus multatus diver-
sarum partium habebatur Ita ut etiam
discedere e medio Et quamquam morbo quarta-
ne aggravante prope per singulas noc-
tes commutare latebras cogeretur seque
ab inquisitoribus pecunia redimeret
donec per virgines vestales perque Ma-
mercum Emilium et Aurelium Cottam pro-
pinquos et affines suos veniam impe-
travit Satis constat Syllam cum deprecan-
tibus amicissimis et ornatissimis
viris aliquamdiu denegasset atque illi per-
tinaciter contenderent expugnatum tandem
proclamasse sive divinitus sive aliqua con-
iectura vincerent ac si haberent dum mo-
do scirent eum quem incolumem tantopere
cuperent quandoque optimatum partibus
quas secum simul defendissent exitio fu-
turum Nam Cesari multos Marios inesse
Stipendia prima in Asia fecit Marci Ter-
mi pretoris contubernio A quo ad arces-
sendam classem in Bithyniam missus de-
sedit apud Nicomedem non sine rumore
prostrate regi pudicicie quem rumorem
auxit intra paucos rursus dies repetita
Bithynia propter causam exigende pe-
cunie que deberetur cuidam libertino cli-
enti suo Reliqua militia secundiore fa-
ma fuit et a Termo in expugnatione mi-
tylenarum corona civica donatus
est Meruit et sub servilio Isaurico in
cilicia esse sed brevi tempore Nam Syl-
le morte comperta simul spe nove dissensio-
nis que per M. lepidum movebatur roma
propere redijt: et lepidi quidem societate
quamquam magnis condicionibus invitaretur
abstinuit tum ingenio eius diffisus tum oc-
casione quam minorem opinione offende-
rat, Ceterum composita seditione Cin-
li Cornelium dolabellam Consularem et

triumphalem crimine repetundarum postu-
lavit Absolutumque: insulam Rhodum
secedere statuit et ad declinandam invi-
diam et ut per ocium ac requiem Apollo-
nio moloni clarissimo tunc dicendi ma-
gister operam daret Huc dum hybernis
iam mensibus traicit circa pharmacu-
sam insulam a predonibus captus e
:mansitque apud eos non sine summa
indignacione prope quadraginta dies
cum uno medico et cubicularijs duobus
Nam comites servosque ceteros in initio
statim ad expediendas pecunias quibus
redimeretur dimiserat Numeratis deinde
inde quinquaginta talentis expositus in
littore non distulit quin e vestigio clas-
se deducta persequeretur abeuntes ac
redactos in potestate: supplicio quod saepe
illis minatus inter iocos fuerat affice-
retur Vastante regiones proximas Mith-
ridate: ne desidere in discrimine sociorum
videretur. Ab Rhodo quo pertenderat
transijt in Asiam auxilijsque contractis
et prefecto regis provincia expulso: nu-
tantes ac dubias civitates retinuit in
fide Tribunatu militum: qui primus Ro-
mam reverso per suffragia populi ho-
nor obtigit actores restituende tribu-
nicie potestatis cuius vim Sylla dimi-
nuerat enixissime iuvit Lucio Cinne
uxoris fratri et qui cum eo civili discor-
dia lepidum secuti post necem Consulis
ad Sertorium confugerant reditum in civita-
te rogatione plena cum fecit Habuitque
et ipse super hac re contionem Questor
Iuliam amitam que uxorem que Corneliam
defunctas laudavit laudavit e more
pro rostris Sed in amite quidem lauda-
tione de eius ac patris sui origine utrique
sic refert Amite mee Iulie maternum
genus ab regibus ortum. paternum cum
dijs inmortalibus coniunctum est Nam ab
Ancho Marcio sunt Marcij reges: quo
nomine fuit mater A venere Iulij cuius
gentis familia est nostra Est ergo in
genere et sanctitas regum qui plurimum
inter homines pollent et cerimonia deorum
quorum ipsi in potestate sunt reges In Cor-
nelie autem locum Pompeiam duxit Q.
pompeij filiam .l. Sylle neptem cum qua
deinde divorcium fecit adulteratam opina-
tus a p clodio quem inter publicas ce-
rimonias penetrasse ad eam muliebri
veste tam constans fama erat ut Senatus

questione de pollutis sacris decerneret. Questori ulterior Hyspania evenit ubi cum mandato populi r. iure dicendo conventus circuiret. Gades quem venisset animadversa apud herculis templum magni Alexandri ymagine ingemuit. Et quasi pertesus ignaviam suam quod nichil a se memorabile actum esset in etate qua iam alexander orbem terrarum subegisset missionem continuo efflagitavit ad captandas quam primum maiorum rerum occasiones in urbe. etiam confusum eum sompno proxime noctis evenit. Nam visum erat ei per quietem stuprum matri intulisse. Coniectores ad amplissimam spem incitaverunt arbitrium terrarum orbis portendi interpretes quando mater quam subiectam sibi vidisset non alia esset quam terra que omnium parens haberetur. Decedens ergo ante tempus colonias latinas de petenda civitate agitantes adiit et audendum aliquid concitasset nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuissent. Nec eo secius maiora mox in urbe molitus est. Siquidem inter paucos dies quam edilitatem iniret venit in suspicione conspirasse cum M. Crasso consulari Item P. Sylla et L. Antonio post designatione consulatus ambitus condempnatis ut principio anni senatum adorirentur et trucidatis quos placitum esset dictaturam Crassus invaderet. ipse ab eo magister equitum diceretur. Constitutaque ad arbitrium re p. Sylle et Antonio consulatus restitueretur. Meminerunt huius coniurationis L. Tanisius Geminus in hystoria. M. Bibulus in edictis et C. Curio pater in orationibus de hac significare videtur. Et Cicero in quadam ad Axium epistola referens Cesarem in consulatu confirmasse regnum de quo edilis cogitaverat. Tanisius adicit Crassum penitentia vel metu diem cedi destinatum non obisse. Et idcirco nec Cesarem signum quod ab eo dari convenerat dedisse. Convenisse autem curio ait ut togam de humero deiceret. Idem Curio sed et M. actorius naso auctores sunt conspirasse eum etiam cum H. Pisone adolescente cui ob suspicionem urbane coniurationis provincia Hispania ulterior extra ordinem data sit: pactumque ut

simul foris [...] gerent per [...] danos destitut[...] sonis. Edilis p[...] basilicasque etiam [...] tibus ad tempus [...] abundante rerum co[...] exponeretur. Venation[...] et cum collega et separati[...] est ut communium impensarum [...] gratiam caperet nec dissimularet co[...] ineus M. Bibulus evenisse sibi quod Polluci. Ut enim geminis fratribus edes in foro constituta tamen castoris vocaretur ita suam Cesarisque munificentiam unius Cesaris dici. Adicit insuper Cesar etiam gladiatorium munus sed aliquanto paucioribus quam destinaverat paribus. Nam cum multiplici undique familia comparata inimicos exterruisset cautum est de numero gladiatorum ne maiorem cuiquam habere rome liceret. Conciliato populi favore temptavit per partem tribunorum ut sibi egiptus provincia plebiscito daretur. Nactus extraordinarii imperii occasionem quod Alexandrinum regem socium atque amicum a senatu appellatum expulerant. Resque vulgo improbabatur. Nec obtinuit adversante optimatum factione quorum auctoritatem ut quibus posset modis invicem diminueret. Trophea C. Marii de Iugurtha deque Cimbris atque Teutonis olim a Sylla disiecta restituit. Atque in exercenda de sicariis questione eos quoque sicariorum numero habuit qui proscriptione ob relata civium r. capita pecunias ex erario acceperant quamquam exceptos Corneliis legibus. Subornavit etiam qui C. Rabirio perduellionis diem diceret quo precipuo adiutore aliquot ante annos L. Saturnini sediciosum tribunatum senatus coherc(u)erat. A sorte iudex in reum ductus tam cupide condemnavit ut ad populum provocanti nichil eque a iudicis acerbitate profuerat. Deposita provincie spe pontificatum maximum petiit non sine profusissima largitione in qua re putans magnitudinem eris alieni. Cum mane ad comitia descenderet predixisse matri osculanti fertur domum se nisi pontificem non reversurum. Atque ita potentissimos duos competitores multumque et etate et dignitate antecedentes superavit ut plura ipse in eorum suffragia tribubus:

 

que veterumque in omnibus tulerit. Praeter
rea detecta coniuratione Catilinae
senatuque universo in socios facinoris
ultimam statuente poenam: solus muni
cipatim dividendos custodiendosque
publicatis bonis censuit. Quin et tan
tos metus incussit asperiora suadentibus, de
tidem ostentans quanta eos in posterum
a plebe Romana maneret invidia, ut Decimum
Syllanum consulem designatum non pi
guerit sententiam suam, quia mutare
turpe erat, interpretatione lenire, ve
lut gravius atque ipse sensisset exceptam.
Obtinuisset adeo transductis iam ad se
pluribus: et in his Consulis Ciceronis
fratre, nisi labentem ordinem confir
masset M. Catonis oratio. Ac nec sic qui
dem impedire rem destitit, quoadusque
manus equitum Ro. quae armata prae
sidium causa circumstabat immoderatius
perseveranti necem comminata est, etiam
strictos gladios usque eo intentans, ut
sedentem una proximi deseruerint, vix
pauci complexu togaque obiecta protexe
rint. Tunc plane deterritus non modo
cessit: sed et in reliquum anni tempus
curia abstinuit. Primo praeture die
Q. Catulum de refectione Capitolii ad dis
quisitionem populi vocavit, rogatione
promulgata: qua curationem eam
in alium transferebat. Verum impar optima
tum conspirationem: quos relicto statim
novorum consulum officio frequentes de
stitutos obstinatosque ad resistendum con
cucurrisse cernebat: hanc quidem actionem
deposuit. Ceterum Caecilio Metello tribu
no plebis turbulentissimas leges adversus
collegarum intercessionem ferenti: auctorem
propugnatoremque se pertinacissime prae
stitit: donec ambo ab administratione
reipublicae decreto patrum submoverentur:
ac nihilominus permanere in magistra
tu et ius dicere ausus ut comperit para
tos: qui vi ac per arma prohiberent
dimissis lictoribus abiectaque praetexta
domum clam refugit: pro conditione tem
porum quieturus. Multitudinem quoque
biduo post sponte et ultro confluentem
operamque sibi in asserenda dignitate
tumultuosius pollicentem compescuit.
Quod cum praeter opinionem evenisset
senatus ob eundem coetum festinato co
actus gratias ei per primores viros
egit accitumque in curiam et amplissimis
verbis collaudatum in integrum restituit in
ducto priore decreto. Recidit rursus in
discrimen aliud inter socios Catilinae nomina
tus et apud Novium Nigrum quaestorem
a L. Vettio indice et in senatu a Q. Curio
cui quia primus consilia coniuratorum de
texerat constituta erant publice praemia.
Curio ex per Catilinam se cognovisse di
cebat. Vettius etiam chirographum eius
Catilinae datum pollicebatur. Id vero Cae
sar nullo modo tollerandum existimans
cum implorato Ciceronis testimonio quaedam
se de coniuratione ultro ad eum detulisse
docuisset ne Curioni praemia darentur ef
fecit. Vettium pignoribus captis et direpta
supellectile male mulcatum ac pro rostris
in contione paene discerptum coniecit in
carcerem. Eodem modo Novium quaestorem
eo quod compellari apud se maiorem pota
tem passus esset. Ex praetura ulteriorem
sortitus Hispaniam retinentes credito
res interventu sponsorum removit ac
neque more neque iure antequam provinciae
ordinarentur profectus est. Incertum metu
ne iudicii quod privato parabatur. An
quo maturius sociis implorantibus sub
veniret. Pacataque provincia pari festi
natione non expectato successore ad trium
phum simul consulatumque decessit. Sed
cum editis iam comitiis ratio eius haberi
non posset nisi privatus introisset urbem
et ambienti ut legibus solveretur mul
ti contradicerent coactus est triumphum
ne consulatu excluderetur dimittere. E
duobus consulatus competitoribus
L. Lucio Marcoque Bibulo Lucium sibi ad
iunxit. Pactus ut is quoniam inferior
gratia esset pecuniaque polleret nummos
de suo communi nomine per centurias pronun
tiaret. Qua cognita re optimates quos
metus ceperat nihil non ausurum eum
in summo magistratu concordi et consenti
ente collega auctores Bibulo fuerunt
tantundem pollicendi ac plerique pecunias
contulerunt ne Catone quidem abnuente
eam largitionem e re publica fieri. Igitur qui
cum Bibulo consul creatur. Eandem ob
causam opera ab optimatibus data est
ut provinciae futuris consulibus mi
nimi negotii idem silvae callesque de
cernerentur. Qua maxime iniuria
instinctus omnibus officiis et Cn. Po
peium assectatus est offensum patribus
quod Mithridate rege victo cunctatius

confirmarent acta sua. Pompeioque M. Cras
so reconciliavit veterem inimicum ex consu
latu, quem in summa discordia simultates exercebat
ac societatem cum utroque iniit ne quid ageret
in re p. quod displicuisset ulli e tribus. Ini
to honore primus omnium instituit ut tam
senatus quam populi diurna acta conficerent et
publicarentur. Antiquum etiam retulit
morem, ut quo mense fasces non haberet
accensus ante eum iret lictores pone
sequerentur. Lege autem agraria promul
gata obnuntiantem collegam armis fo
ro expulit. Ac postero die in senatu conque
stum nec quoquam reperto qui super tali con
sternatione referre aut censere aliquid
auderet qualia multa saepe in levioribus
turbis decreta erant, in eam coegit de
sperationem ut quoad potestate abiret
domo abditus nihil aliud quam per edicta
obnuntiaret. Unus ex eo tempore omnia in
re p. et ad arbitrium administravit, ut nonnul
li urbanorum cum quid per iocum testa
di gratia consignarent non Caesare
et Bibulo sed Iulio et Caesare consulibus
acta scriberent bis eundem preponentes
nomine atque cognomine. Ut que vulgo mox
ferrentur hi versus: Non Bibulo quiddam
nuper sed Caesare factum est. Nam Bibulo
fieri consule nil memini. Campum Stella
tem maioribus consecratum agrumque Ca
panum ad subsidium rei p. vectigalem re
lictum divisit extra sortem ac viginti
milibus civium quibus terni pluresve li
beri essent. Publicanos remissionem pete
tes tertia mercedum parte relevavit. Ac
ne in locatione novorum vectigalium im
moderatius licerentur pro pala mo
nuit. Cetera item quae cuique libuisset dilar
gitus est contradicente nullo ac si cona
retur quis absterrito. M. Catonem in
terpellantem extrahi curia per lictorem
ducique in carcerem iussit. L. Lucullo libe
rius resistenti tantum calumpniarum me
tum iniecit ut ad genua ultro sibi acci
deret. Cicerone in iudicio quodam deplorante
te temporum statum P. Clodium inimicum eius
frustra iam pridem a patribus ad plebem
transire nitentem eodem que die hora no
na transduxit. Postremo in universos
diversae factionis inductum premiis ut
se de inferenda Pompeio nece sollicitatum a
quibusdam profiteretur productusque pro
rostris auctores ex composito nominaret.
Sed uno atque altero frustra nec sine suspi
tione fraudis nominatis desperans tam pre
cipitis consilii eventum intercepisse veneno
indicem creditur. Sub idem tempus Cal
purniam L. Pisonis filiam successuri sibi
in consulatu duxit uxorem suamque filiam
Iuliam Cn. Pompeio collocavit repudia
to priore sponso Servilio Cepione, cuius
vel precipua opera paulo ante Bibulum
impugnaverat. Ac post novam affinita
tem Pompeium primum rogare sententiam
coepit cum Crassum soleret, essetque consue
tudo ut quem ordinem interrogandi sente
tias consul Kl. Ianuariis consul instituisset
eum toto anno conservaret. Socero igitur
genero que suffragantibus ex omni pro
vinciarum copia Gallias potissimum ele
git, cuius emolumento et opportunitate ido
nea sit materia triumphorum. Et initio quidem
Galliam Cisalpinam Illyrico adiecto lege
Vatinia accepit, mox per senatum Comatam
quoque veritis patribus ne si ipsi negassent po
pulus et hanc daret. Quo gaudio ela
tus non temperavit quin post paucos
dies frequenti curia iactaret invitis et
gementibus adversariis adeptum se quae
concupisset. Proinde ex eo insultaturum
omnium capitibus ac negante quodam per
contumeliam facile hoc ulli feminae fore
respondit quasi alludens in Syria quoque
regnasse Semiramim magnamque Asiae
partem Amazonas tenuisse quondam.
Functus consulatu C. Memmio L.
Domitio praetoribus de superioris anni
actis referentibus cognitionem se
natui detulit. Nec illo suscipiente triduo
que per irritas altercationes absumpto in
provinciam abiit. Et statim quaestor
eius in preiudicium aliquot criminibus
arreptus est. Mox et ipse a Lucio Anti
stio tr. pl. postulatus appellato demum
collegio obtinuit cum rei p. causa ab
esset reus ne fieret. Ad securitatem ergo
posteri temporis in magno negotio ha
buit obligare semper annuos magistra
tus et e petitoribus non alios adiuvare aut ad
honorem pati pervenire quam qui sibi recepis
sent propugnaturos absentiam suam. Cu
ius pacti non dubitavit a quibusdam
iusiurandum atque etiam syngrapham exi
gere. Sed cum L. Domitius consulatus
candidatus palam minaretur consu
lem se effecturum quod praetor nequisset
adempturum que ei exercitus, Crassum Pom
peiumque in urbem provinciae suae Lucam

extractos compulit ut detrudendi Domi-
tii causa consulatum alterum peterent per-
fecit quoque per utrumque. Et ut in quinquennium sibi
imperium prorogaretur. Qua fiducia
ad legiones quas a re publica acceperat alias
privato sumptu addidit unam etiam ex Trans-
alpinis conscriptam vocabulo quoque Gallico
Alauda enim appellabatur quam disciplina
cultu quoque Romano institutam et ornatam
postea universam civitate donavit.
Nec deinde ulla belli occasione iniusti
quidem ac periculosi abstinuit tam foe-
deratis quam infestis ac feris gentibus
ultro lacessitis adeo ut senatus quondam
legatos ad explorandum statum Galliarum
mittendos decreverit ac nonnulli dedendum
eum hostibus censuerint. Sed prospere dece-
dentibus rebus et plurium quam quisquam umquam
dierum supplicationes impetravit. Ges-
sit autem novem annis quibus in imperio fuit
hec fere. Omnem Galliam que saltu Pyre-
neo Alpibusque et monte Gebenna, flumini-
bus Rheno ac Rhodano continetur patet-
que in circuitu ad bis et tricies centum mi-
lia passuum preter socias ac bene meri-
tas civitates in provinciae formam rede-
git ei quoque in singulos annos stipendium no-
mine imposuit. Germanos qui trans
Rhenum incolunt primus Romanorum pon-
te fabricato aggressus maximis affecit cla-
dibus. Aggressus est et Britanos igno-
tos antea superatisque pecunias et obsi-
des imperavit. Per tot successus ter
nec amplius adversum casum expertus.
In Britania classe vi tempestatis ab-
sumpta. Et in Gallia ad Gergoviam
legione fusa et in Germanorum fini-
bus Titurio et Aurunculeio legatis per
insidias caesis. Eodem temporis spatio matrem
primo deinde filiam nec multo post ne-
[illegible] potem amisit. Inter que consternata P.
Clodii caede re publica quom senatus unum
consulem nominatimque Cn. Pompeium fieri
censuisset egit cum tribunis plebis collegam se
Pompeio destinantibus id potius ad po-
pulum ferrent ut absenti sibi quandoque
imperii tempus expleri cepisset petitio
secundi consulatus daretur ne ea causa
maturius et imperfecto adhuc bello
decederet. Quod ut adeptus est altiora iam
meditans, sed spei plenus nullum lar-
gitionis aut officiorum in quemquam genus
publice privatimque omisit. Forum de ma-
nubiis inchoavit cuius area super
sestertium milies constitit. Munus po-
pulo epulumque pronunciavit in filiae memo-
riam quod ante eum nemo fecit. Quorum
ut quam maxime expectatio esset, ea quae ad
epulum pertinerent quamvis macellariis
ablocata etiam domesticatim apparebat.
Gladiatores notos sicubi infestis spectato-
ribus dimicarent vi rapiendos reservan-
dosque mandabat. Tirones neque in ludo neque
per lanistas sed in domibus per equites Ro-
manos atque etiam per senatores armorum peritos
erudiebat precibus enitens quod episto-
lis eius ostenditur ut disciplinam singulorum
susciperent ipsique dictata exercentibus da-
rent. Legionibus stipendium in perpetuum du-
plicavit. Frumentum quotiens copia esset
et sine modo mensuraque prebuit. Ac sin-
gula interdum mancipia et predia viritim
dedit. Ad retinendam autem Pompei necessi-
tudinem et voluntatem Octaviam sororis
suae neptem que C. Marcello nupta fuit
condicionem ei detulit sibi quoque filiam eius in ma-
trimonium petiit Fausto Sylle destinatam.
Omnibus vero circa eum atque etiam parte
magna senatus gratuito aut levi fe-
nore obstrictis ex reliquo quoque ordinum genere
vel invitatos vel sponte ad se commeantes
uberrimo congiario prosequebatur libertos
insuper servulosque cuiusque prout domino
patrone gratus quis esset. Tum reorum aut
obaeratorum aut prodigae iuventutis sub-
sidium unicum ac promptissimum erat nisi quos
gravior criminum vel inopiae luxuriae-
ve vis urgeret quam ut subveniri posset a
se. His plane palam bello civili opus esse
dicebat. Nec minore studio reges atque pro-
vincias per terrarum orbem alliciebat aliis
captivorum milia dono offerens aliis citra
senatus populique auctoritatem quo vel-
lent et quotiens vellent auxilia submittens.
Super quoque Italiae Galliarum quoque et Hyspaniarum
Asiae quoque et Graeciae potentissimas ur-
bes precipuis operibus exornans donec
attonitis iam omnibus et quorsum illa ten-
derent reputantibus M. Claudius Mar-
cellus consul edicto prefatus de summa se
re publica acturum retulit ad senatum ut ei suc-
cederetur ante tempus quoniam bello confecto
pax esset ac dimitti deberet victor exercitus
et ne absentis ratio comitiis haberetur
quando nec plebiscito Pompeius postea abro-
gasset. Acciderat autem ut is legem de iure
magistratuum ferens eo capite quo a petitio-
ne honorum absentes submovebat ut

Caesarem quidem exciperet per oblivionem ac mox
lege iam in aes incisa et in aerarium condita
corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus
provincias Caesari et privilegium eripere re-
tulit etiam ut colonis quos rogatione Va-
tinia Novum Comum deduxisset civitas adi-
meretur quod per ambicionem et ultra prescri-
ptum data esset. Commotus hiis Caesar ac
iudicans quod saepe ex eo auditum ferunt dif-
ficilius se principem civitatis a primo ordine
in secundum quam ex secundo in novissimum detru-
di summa ope restitit partim per intercesso-
res tribunos partim per Servium Sulpicium
alterum consulem. Insequenti quoque anno
C. Marcello qui fratri patrueli suo Marco
in consulatu successerat eadem temptante
collegam eius Aemilium Paulum Caiumque
Curionem violentissimum tribunorum ingen-
ti mercede defensores paravit. Sed quom
obstinacius omnia agere videret et designa-
tos etiam consules e parte adversa, sena-
tum litteris deprecatus est ne sibi beneficium
populi adimeretur aut ut ceteri quoque
imperatores ab exercitibus discederent
confisus ut putant facilius se simul
ad que libuisset veteranos convocaturum
quam Pompeium novos milites. Cum adversariis
autem pepigit ut dimissis octo legionibus
transalpinaque Gallia duae sibi legiones
ac Cisalpina provincia vel etiam una le-
gio cum Illirico concederetur quoad consul
fieret. Verum neque senatu interveniente et
adversariis negantibus ullam se de re publica
facturos pactionem transiit in citeriorem
Galliam conventibusque peractis Raven-
nae substitit bello vindicaturus si quid de tri-
bunis plebis intercedentibus pro se gravius
a Senatu constitutum esset. Et praetextum quidem
illi civilium armorum hoc fuit causas autem
alias fuisse opinantur. Cn. Pompeius
ita dictabat quod neque opera consumare quae
instituerat neque populi expectationem quam
de adventu suo fecerat privatis opibus ex-
plere posset turbare omnia ac permiscere
voluisse. Alii timuisse dicunt ne eorum
quae primo consulatu adversus auspicia
leges quoque et intercessiones gessisset ratio-
nem reddere cogeretur cum M. Cato identidem
nec sine iureiurando denunciaret delatu-
rum se nomen eius simul primum exercitum
dimisisset. Cumque vulgo fore predicarent
ut si privatus redisset Milonis exemplo
circumpositis armatis causam apud iudices
diceret. Quod probabilius facit Asinius

Pollio Pharsalica acie caesos profligatosque
adversarios prospicientem haec eum ad ver-
bum dixisse referens hoc voluerunt tantis
rebus gestis C. Caesar condemnatus essem
nisi ab exercitu auxilium petissem. Quidam
putant captum imperii consuetudine pensi-
tatisque suis et inimicorum viribus usum oc-
casione rapiendae dominationis quam aetate
primo concupisset. Quod existimasse vi-
debatur et Cicero scribens tertio de offi-
ciis libro semper Caesarem in ore habuisse

Nam si violandum est ius regnandi gratia
violandum est aliis rebus pietatem co-
las. Cum ergo sublata tribunorum intercessione
ipsos quoque urbe cessisse nunciatum est p-
missis confestim clam cohortibus ne
qua suspicio moveretur et spectaculo pu-
blico per dissimulationem interfuit et for-
mam qua ludum gladiatorium erat aedifi-
caturus consideravit et ex consuetudine
convivio se frequenti dedit. Deinde post
solis occasum mulis e proximo pistrino
ad vehiculum iunctis occultissimum iter modi-
co comitatu ingressus est. Et quom lumini-
bus extinctis decessisset via diu errabun-
dus tandem ad lucem duce reperto per an-
gustissimos tramites pedibus evasit.
Consecutusque cohortes ad Rubiconem
flumen qui provinciae eius finis erat pau-
lulum constitit ac reputans quantum moliretur
conversus ad proximos etiam nunc inquit
regredi possumus. Quod si ponticulum tran-
sierimus omnia armis agenda erunt. Cun-
ctanti ostentum tale factum est. Quidam exi-
mia magnitudine et forma in proximo
sedens repente apparuit harundine canens
ad quem audiendum cum praeter pastores
plurimi ex stationibus milites concurrissent
interque eos et eneatores rapta ab uno
tuba prosiluit ad flumen et ingenti spi-
ritu classicum exorsus pertendit ad alte-
ram ripam. Tunc Caesar eatur inquit
quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas
vocat. Iacta alea est inquit. Atque ita
traiecto exercitu adhibitis tribunis ple-
bis qui pulsi supervenerant pro contione
militum fidem flens ac veste a pectore discis-
sa invocavit. Existimatur etiam eque-
stres census pollicitus singulis quod acci-
dit opinione falsa. Nam quom in alloquen-
do adhortandoque saepius digitum leve
manus ostentans affirmaret se ad

satisfaciendum omnibus per quos dignitatem
suam defensurus esset. Animum equidem de-
tracturum sibi extrema conditione, cui facilius
erat videre contionantem quam audire, prodi-
cto accepit, quo visu suspitabatur promis-
sum quoque ius anulorum cum milibus quadringenis
fama distulit. Ordo et summa rerum quas de-
inceps gessit sic se habet. Picenum, Umbriam,
Etruriam occupavit. Et L. Domitio, qui per
tumultum successor ei nominatus Corfinium pre-
sidio tenebat, in dicione dimisso atque re-
dacto, secundum Superum mare Brundisium
tetendit, quo consules Pompeiusque confu-
gerant quam primum transfretaturi. Hos fru-
stra per omnes moras exitu prohibere co-
natus, Romam iter convertit, appellatisque
de re publica patribus, validissimas Pompei co-
pias, que sub tribus legatis M. Petreio
et L. Afranio et M. Varrone in Hyspania
erant, invasit, professus ante inter suos
ire se ad exercitum sine duce et inde reversu-
rum ad ducem sine exercitu. Et quamquam obsidi-
one Massiliae, quae sibi in itinere por-
tas clauserat, summaque frumentariae rei pe-
nuria retardante, brevi tamen omnia subegit.
Hinc urbe repetita in Macedoniam trans-
gressus Pompeium, per quattuor pene menses
maximis obsessum operibus, ad extremum Phar-
salico prelio fudit, et fugientem Alexa-
driam persecutus, ut occisum deprehendit,
bellum sane difficillimum gessit, neque loco
neque tempore equo, sed hieme anni et intra
moenia copiosissimi ac sollertis-
simi hostis, inops ipse omnium rerum atque imparatus.
Regnum Aegypti victor Cleopatrae fra-
trique eius minori permisit, veritus pro-
vinciam facere, ne quandoque violentiorem presidem
nacta novarum rerum materia esset. Ab Ale-
xandria in Syriam et inde Pontum transiit
urgentibus de Pharnace nunciis, quem
Mithridatis Magni filium ac tunc occasio-
ne temporum bellantem iamque multiplici suc-
cessu preferocem intra quintum quam affue-
rat diem, quattuor quibus in conspectum ve-
nerat horis, una profligavit; ac crebro comme-
morans Pompei felicitatem, cui precipua mi-
litiae laus de tam inbelli genere hostium
contigisset. Dehinc Scipionem ac Iu-
bam reliquias partium in Africam re-
foventes devicit, Pompei liberos in Hys-
pania. Omnibus civilibus bellis nullam
cladem nisi per legatos suos passus est,
C. Curio in Africa periit, C. Antonius in
Illirico in adversariorum devenit potestatem,

P. Dolobellam classem in eodem Illirico, Cn. Do-
mitius Calvinus in Ponto exercitum amise-
runt. Ipse prosperrime semper ac ne anci-
piti quidem umquam fortuna, preterquam bis, dimi-
cavit: semel ad Durachium, ubi pulsus, non
instante Pompeio negavit eum vincere scire;
iterum in Hyspania ultimo prelio, cum de-
speratis rebus etiam de consciscenda nece
cogitavit. Confectis bellis quinquies t-
riumphavit, post devictum Scipionem quater
eodem mense, sed interiectis diebus, et rursus
semel post superatos Pompei liberos. Pri-
mum et excellentissimum triumphum egit Gal-
licum, sequentem Alexandrinum, deinde Pon-
ticum, huic proximum Africanum, novissi-
mum Hyspanensem, diverso quoque apparatu et
instrumento. Gallici triumphi die Velabrum
pretervehens pene curru excussus est axe
diffracto. Ascenditque Capitolium ad lumi-
na quadraginta elephantis dextra atque
sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico
triumpho inter pompe fercula trium verborum
pretulit titulum VENI VIDI VICI, non ac-
ta belli significantem sicut ceteris, sed ce-
leriter confecti notam. Veteranis legioni-
bus prede nomine in pedites singulos super
bina sestertia quae initio civilis tumultus
numeraverat, vicena quater-
na milia nummum dedit. Assignavit et a-
gros, sed non continuos, ne quis possessorum ex-
pelleretur. Populo preter frumenti denos
modios ac totidem olei libras trecenos
quoque nummos quos polliciatus olim erat viri-
tim divisit, et hoc amplius centenos
pro mora. Annuam etiam habitationem Rome
usque ad bina milia nummum, in Italia non
ultra quingenos sestertios remisit. Ad-
iecit epulum ac viscerationem et post Hyspa-
nensem victoriam duo prandia. Nam
quem prius parce nec pro liberalitate
sua prebitum iudicaret, quinto post die
aliud largissimum prebuit. Edidit specta-
cula varii generis, munus gladiatorum,
ludos etiam regionatim urbe tota et quidem
per omnium linguarum histriones, item cir-
censes, athletas, pyrricam. Saltaverunt
Asie Bithynieque principum liberi. Ludis
Decimus Laberius eques Romanus mimum suum
egit donatusque quingentis sestertiis et
anulo aureo sessum in quattuordecim scena
per orchestram transiit. Naumachiam
munere in foro depugnavit Furnius Lep-
tinus stirpe pretoria et Q. Calphernius
senator quondam auctorque causarum

Circensibus spatio circi ab utraque parte pro
ducto et in gyrum Euripe addito quadrigas
bigasque et equos desultarios agitaverunt
nobilissimi iuvenes Troiam lusit turma
duplex maiorum minorumve puerorum Vena
tiones edite per dies quinque ac novissime pugna
divisa in duas acies quingentis peditibus
elephantis vicenis tricenis equitibus hinc
et inde commissis Nam quo laxius dimicaretur
sublatae metae … inque earum loca bina castra
exadverso constituta erant Athletae stadio ad
tempus extructo regione Marcii campi certa
verunt per triduum navali proelio in minore
Codeta defosso lacu biremes ac trire
mes quadriremesque Tyriae et Aegyptiae
classes magno pugnatorum numero confli
xerunt Ad quae omnia spectacula tantum un
dique confluxit hominum ut plerique advenae
aut inter vicos aut inter vias thaber
naculis positis manerent ac saepe prae
turba elisi exanimatique sint plurimi et
in his duo senatores Conversus hinc
ad ordinandum rei publicae statum fastos corre
xit iam pridem vitio pontificum per
intercalandi licentiam adeo turbatos ut
neque messium feriae aestati neque vindemia
rum autumno competerent Annumque
ad cursum solis accommodavit ut trecento
rum [sexaginta quinque] quinquaginta dierum esset et inter
calario mense sublato unus dies quarto
quoque anno intercalaretur Quo autem magis
in posterum de Kalendis Ianuariis novis
temporum ratio congrueret inter Nove
brem et Decembrem mensem interiecit
duos alios fuitque is annus quo haec consti
tuebantur XV mensium cum intercalario
qui ex consuetudine in eum annum inciderat
Senatum supplevit patricios adlegit prae
torum aedilium quaestorum minorum etiam magi
stratuum numerum ampliavit Nudatos
opere censorio aut sententia iudicum de
ambitu condempnatos restituit Comitia
cum populo partitus est ut exceptis consulatus
competitoribus de cetero numero candida
torum pro parte dimidia quos populus vel
let pronuntiaretur pro parte altera quos
ipse dedisset et edebat per libellos circa
tribum missos scriptura brevi Caesar
dictator illi tribui commendo vobis illum
et illum ut vestro suffragio suam dignita
tem teneat Admisit ad honores et pro
scriptorum liberos Iudicia ad duo genera
iudicum redegit equestris ordinis et se
natorii Tribunos aerarios quod erat
tertium sustulit Recensum populi nec mo
re nec loco solito sed vicatim per dominos in
sularum egit atque ex viginti trecentis
que milibus accipientium frumentum e publico
ad centum quinquaginta retraxit Ac ne
qui novi coetus recensionis causa move
ri quandoque possent instituit quot annis in [de] mor
tuorum locum ex his qui recensiti non essent
subsortitio a praetore fieret Octoginta
autem civium milibus inter transmarinas
colonias distributis ut exhaustae quoque
urbis frequentia suppeteret sanxit
ne quis civis maior annis viginti minor
ve decem qui sacramento non teneretur
plus triennio continuo Italia abesset
Neu quis senatoris filius nisi contuber
nalis aut comes magistratus peregre
proficisceretur Neve hi qui pecuariam fa
cerent minus tertia parte puberum in
genuorum inter pastores haberent Omnes
que medicinam Romae professos et libe
ralium artium doctores quo libentius et ipsi
urbem colerent et ceteri appeterent civi
tate donavit De pecuniis mutuis disie
cta novarum tabularum expectatione quae
crebro movebatur decrevit tandem ut debi
tores creditoribus satisfacerent per aestima
tionem possessionum quanti quasque ante ci
vile bellum comparassent deducta sum
ma aeris alieni si quid usurae nomine nu
meratum aut [per] praescriptum fuisset qua condicio
ne quarta pars fere crediti deperibat
Cuncta collegia praeter antiquitus con
stituta distraxit Poenas facinorum auxit
et cum obligatos locupletes eos facilius
scelere se obligarent quod integris patri
moniis exulabant Parricidas ut actor
scribit ut Cicero scribit bonis omnibus re
liquos dimidia parte multavit Ius
laboriosissime ac severissime dixit Re
petundarum convictos etiam ordine se
natorio movit Diremit nuptias praeto
rii viri qui digressam a marito post bi
duum statim duxerat quamvis sine probri su
spicione Peregrinarum mercium portoria
instituit Lecticarum usum Item conchyliatae
vestis et margaritarum nisi certis per
sonis et aetatibus perque certos
dies ademit Legem praecipue sumptua
riam exercuit dispositis circa macellum
custodibus qui obsonia contra vetitum re
tinerent deportarentque ad se submissis
nonnumquam lictoribus atque militibus qui si
qua custodes fefellissent iam apposita e tri

clinio auferrent deportarentque ad se su
misit. Nam de ornanda instruendaque
urbe. Item de tuendo ampliandoque im
perio plura ac maiora in dies destinabat.
In primis Martis templum quantum nusquam
esset extruere repleto et complanato lacu
in quo naumachie spectaculum ediderat.
Theatrumque summe magnitudinis Tar
peio monti accubans. Ius civile ad certum mo
dum redigere atque ex immensa diffusaque
legum copia optima queque et necessaria in
paucissimos conferre libros. Bibliothecas
grecas latinasque quas maximas pos
set publicare data Marco Varroni cura
comparandarum ac digerendarum. Siccare
pomptinas paludes. Emittere fucinum
lacum. Viam munire a mari supero
per appeninum dorsum ad tiberim usque. Perfo
dere isthmum. Dacos qui se in pontum et
thraciam effuderant coercere. Mox par
this inferre bellum per armeniam mino
rem nec nisi ante expertos aggredi pre
lio. Talia agentem atque meditantem
mors prevenit. De qua prius quam dicam
ea que ad formam et habitum et cultum et
mores: nec minus que ad civilia et bel
lica eius studia pertineant non alienum
erit summatim exponere. Fuisse tradi
tur excelsa statura colore candido tere
tibus membris ore paulo pleniore
nigris vegetisque oculis valitudine pro
spera nisi quod tempore extremo repente animo linqui
atque etiam per somnum exterreri solebat. Co
mitiali quoque morbo bis inter res agen
das correptus est. Circa corporis curam
morosior ut non solum tonderetur di
ligenter ac raderetur. sed velleretur etiam
ut quidam exprobraverunt. Calvitii vero
deformitatem iniquissime ferret sepe ob
trectatorum iocis obnoxiam expertus. Ideo
que et deficientem capillum revocare a verti
ce assueverat et ex omnibus decretis sibi
a senatu populoque romano honoribus non ali
ud aut recepit aut usurpavit libentius
quam ius laureae corone perpetuo gestande.
Etiam cultu notabilem ferunt. Usum enim
lato clavo ad manus fimbriato nec um
quam aliter quam super eum cingeretur et qui
dem fluxiore cinctura. Unde emanasse
Sylle dictum optimates sepius admonen
tis ut male precinctum puerum caverent.
Habitavit primo in subura modicis
aedibus. post autem pontificatum maxi
mum in sacra via domo publica. Munditiarum

lautitiarumque studiosissimum multi prodi
derunt. Villam in nemorensi a fundamen
tis inchoatam magnoque sumptu absolutam
quia non tota ad animum ei responderat tota
diruisse. quamquam tenuem adhuc et obaeratum.
In expeditionibus tassalata et sectilia pa
uimenta circumtulisse. Brittanniam pe
tisse spe margaritarum quarum amplitudi
nem conferentem interdum sua manu exegis
se pondus. Gemmas toreumata signa
tabulas operis antiqui semper animo
sissime comparasse. Servitia rectiora pol
litiora que inmenso pretio et cuius etiam ipse puderet
sicut rationibus vetaret inferri. Convivatum
assidue per provincias duobus tricliniis
uno quo sagati palliative. Altero quo to
gati cum illustrioribus provinciarum discumbe
rent. Domesticam disciplinam in parvis
ac maioribus rebus diligenter adeo severe
que rexit ut pistorem alium quam sibi panem convivi
is subicientem compedibus vinxerit. li
bertum gratissimum ob adulteratam equitis
romani uxorem quamvis nullo querente capita
li pena affecerit. Pudicitie eius famam nil
quidem preter Nicomedis contubernium lesit. gra
vi tamen et perenni obprobrio et ad omnium convicia
exposito. Omitto Calvi Licinii notissimos
versus. Bythinia quicquid et predicator
Caesaris umquam habuit. Pretereo actiones Dola
bellae et Curionis patris in quibus eum
Dolabella pellicem regine spondam interio
rem regie lectice. at Curio stabulum Ni
comedis et bythinicum fornicem dicunt.
Missa etiam facio edicta Bibuli quibus pro
scripsit collegam suum Bithinicam reginam ^ Quo
tempore ut M. Brutus refert Octavius etiam
quidam valitudine mentis liberius dicax
conventu maximo quum Pompeium regem ap
pellasset ipsum reginam salutavit. Sed C.
Memmius etiam ad ciatum et vinum Nico
medi stetisse obiicit cum reliquis exoletis
pleno convivio accubantibus non nullis urbi
cis negotiatoribus quorum refert nomina. Ci
cero vero non contentus in quibusdam epistolis
scripsisse a satellitibus eum in cubiculum regi
um eductum in aureo lecto veste purpurea decu
buisse florem que etatis a venere orti in
Bythinia contaminatum. Quondam etiam in
senatu defendenti ei Nyse causam filie Nyco
medis beneficiaque regis in se commemoranti
Remove inquit istaec oro te quando notum est
et quid ille tibi et quid illi tute dederis. Gal
lico denique triumpho milites eius inter cetera
carmina qualia currum prosequentes ioculariter

^ eique regem antea fuisse cordi nunc esse regnum

canunt etiam illud vulgatissimum pronunciauerit
Gallias Caesar subegit Nicomedes Cae
sarem Ecce Cesar nunc triumphat qui subegit
Gallias Nicomedes non triumphat qui sub
egit Caesarem Pronum et sumptuosum in libidines
fuisse constans opinio est Plurimasque et
illustres feminas corrupisse In quibus
Postumiam Seruij Sulpitii Lolliam Auli
Gabinii Tertullam M Crassi Pompeij muti
am Nam certe Pompeio et a Curio
nibus patre et filio et a multis exprobra
tum est quod cuius causa est tres liberos ex
egisset uxorem et quem gemens egistum ap
pellare consuesset eius postea filiam poten
tiae cupiditate in matrimonium recepisset
Sed ante alias dilexit M Bruti matrem
Seruiliam Cui et proximo suo consulatu
sexagies sestertium margaritam mercatus
est et bello ciuili super alias donationes
amplissima predia ex auctionibus hasta e
minimo addixit Cum quidem plerique vilita
tem mirantibus facetissime Cicero quo
melius inquit emptum sciatis tertia dedut
ta est Existimabant enim Seruiliam etiam
filiam suam Tertiam Caesari conciliare
Ne prouincialibus quidem matrimoniis absti
nuisse vel hoc disticho apparet iactato eque
a militibus per gallicum triumphum Vrbani
seruate uxores moechum caluum adducimus
Auro in galliam stuprum emisti hic sum
psisti mutuum Dilexit et reginas inter quas
Eunoen Mauram vel Atriam Bogudis
uxorem cui maritoque eius plurima et im
mensa tribuit ut Nasa scripsit sed maxime
Cleopatra cum qua et conuiuia in primam lucem
saepe protraxit Et eadem naue thalame
go que pene aethiopia tenus aegyptum pene
trauit nisi exercitus sequi recusasset Quam
denique accitam in urbem non nisi maximis
honoribus premijsque auctam remisit filium
que natum appellare nomine suo passus est
Quem quidem nonnulli grecorum similem quoque Caesa
ri et forma et incessu tradiderunt M An
tonius agnitum etiam ab eo senatui affirma
uit quod scire C Matium et C Oppium reliquosque
que Caesaris amicos quorum C Oppius quasi pla
ne defensione ac patrocinio res egeret li
brum edidit non esse Caesaris filium quem Cleo
patra dicat Heluius Cinna tr pl plerisque con
fessus est habuisse se scriptam paratamque legem
quam Caesar ferre iussisset cum ipse abesset
uti uxores liberorum quaerendorum causa quas
et quot vellent ducere liceret At ne cui du
bium omnino sit et pudicitiae et adulteriorum fla

gitii infamia Curio pater quadam eum oratione
omnium mulierum virum et omnium virorum mulierem
appellat Vini parcissimum ne inimici quidem
negauerunt M Catonis est verbum ex omni
bus Caesarem ad euertendam rem publicam so
brium accessisse Nam circa victum C Oppius a
deo indifferentem docet ut quondam ab hospi
te conditum oleum pro uiridi appositum asper
nantibus ceteris solum etiam largius ap
petisse scribat ne hospitem aut neglegentiae
aut rusticitatis videretur arguere Ab
stinentiam neque in imperijs neque in ma
gistratibus prestitit Vt enim quidam monu
mentis suis testati sunt In Hispania
a proconsule et a socijs pecunias accepit
emendicatas in auxilium aeris alieni et Lu
sitanorum quaedam oppida quamquam nec imperata
detractarent et aduenienti portas pate
facerent diripuit hostiliter In Gallia
fana templaque deorum donis referta
expilauit Vrbes diruit saepius ob predam
quam ob delictum Vnde factum est ut auro abun
daret ternisque milibus nummum in libras
promercale per Italiam prouinciasque
diuenderet In primo consulatu tria milia
pondo auri furatus e capitolio tantundem
inaurati aeris reposuit Societates ac re
gna precio dedit ut qui vni Ptholomeo
prope sex milia talentorum suo Pompeique
nomine abstulerit Postea vero euidentissi
mis rapinis ac sacrilegijs et onera
bellorum ciuilium et triumphorum ac munerum
sustinuit impendia Eloquentia
militarique re aut aequauit prestantis
simorum gloriam aut excessit Post accusa
tionem Dolabellae haud dubie principi
bus patronis annumeratus est Certe Cicero
ad Brutum oratores enumerans negat
se videre cui debeat Caesar cedere atque
eum elegantem splendidam quoque atque etiam
magnificam et generosam quodammodo rationem
dicendi tenere Et ad Cornelium Nepotem
de eodem ita scripsit Quem oratorem huic
antepones eorum qui nihil aliud egerunt
Quis sententijs aut acutior aut crebrior
Quis verbis aut ornatior aut elegantior
Genus eloquentiae dumtaxat adolescens ad
huc Strabonis Caesaris secutus videtur
Cuius etiam ex oratione quae inscribitur
pro Sardis ad verbum nonnulla transtulit in
diuinationem suam Pronunciasse autem dicitur
voce acuta ardenti motu gestuque non sine ve
nustate Orationes aliquas reliquit inter
quas temere quaedam feruntur pro Q Metello

non inmerito Augustus existimabat magis
ab actuariis exceptam male subsequentibus
verba dicentis quam ab ipso editam. Nam in qui-
busdam exemplaribus invenio ne inscriptam
quidem pro Metello sed quam scripsit Metello
cum ex persona Caesaris sermo sit Metellum
seque adversus communium obtrectatorum criminationes
purgantis esse orationem. Apud milites quoque
in Hispania idem Augustus vix ipsius
putat quae tamen duplex fertur: una quasi prio-
re habita prelio altera posteriore quo
Asinius Pollio ne tempus quidem contio-
nandi habuisse eum dicit subita hostium
incursione. Reliquit et rerum suarum comen-
tarios Gallici civilisque belli Pompeiani.
Nam Alexandrini Africique et Hispaniensis
incertus auctor est. Alii Oppium putant alii
Hirtium qui etiam Gallici belli novissimum
imperfectumque librum suppleverit. De comenta-
riis Caesaris Cicero in eodem Bruto sic re-
fert: Comentarios scripsit valde quidem pro-
bandos nudi sunt recti et venusti omni orna-
tu orationis tamquam veste detracta; sed dum voluit
alios habere parata unde sumerent qui vel-
lent scribere historiam ineptis gratum for-
tasse fecit qui illa volent calamistris inure-
re; sanos quidem homines a scribendo deter-
ruit. De iisdem comentariis Hircius ita predi-
cat: Adeo probantur omnium iudicio ut precepta
non prebita facultas scriptoribus videatur.
Cuius tamen rei maior nostra quam ceterorum est admi-
ratio. Ceteri enim quam bene atque emenda-
te atque celeriter eos perscripserit scimus.
Pollio Asinius parum diligenter parumque
integra veritate compositos putat cum Cae-
sar pleraque et quae per se vel consulto
vel etiam memoria lapsus perperam edi-
derit existimat quod rescripturum et correc-
turum fuisse. Reliquit et de analogia li-
bros duos et anticatones totidem ac
praeterea poema quod inscribitur Iter.
Quorum librorum primos in transitu Alpium
cum ex citeriore Gallia conventibus peractis
ad exercitum rediret, sequentes sub tempus
Mundensis proelii fecit; novissimum dum ab
urbe in Hispaniam ulteriorem quarto et
vicesimo die pervenit. Epistolae quoque eius
ad Senatum extant quas primum videtur
ad paginas et formam memorialis libelli
convertisse, quom antea consules et
duces non nisi transversa carta scriptas
mitterent. Extant et ad Ciceronem item
ad familiares domesticis de rebus in quibus
si qua occultius preferenda erant per

notas scripsit id est sic structo litterarum ordine
ut nullum verbum effici posset quae si quis
investigare et persequi vellet quartam ele-
mentorum litteram id est D pro A et perinde reli-
quas commutet. Feruntur et a puero et
adolescentulo quaedam scripta ut laudes Her-
culis, tragedia Oedipus, item dicta collectanea,
quos omnes libellos vetuit Augu-
stus publicari in epistola quam brevem ad-
modum ac simplicem ad Pompeium Macrum
cui ordinandas bibliothecas delegaverat mi-
sit. Armorum et equitandi peritissimus la-
boris ultra fidem patiens erat. In agmine
nonnumquam equo saepius pedibus anteibat
capite detecto seu sol seu ymber esset. Longissi-
mas vias incredibili celeritate confecit
expeditus meritoria rheda centena pas-
suum milia in singulos dies. Si flumina
morarentur nando traiciens vel innixus infla-
tis utribus ut persaepe nuntios de se pre-
venerit. In obeundis expeditionibus du-
bium cautior an audentior. Exercitum neque
per insidiosa itinera duxit umquam nisi per-
speculatus locorum situs. Neque in Britanni-
am transvexit nisi ante per se portus et
navigationem et accessum ad insulam explorasset.
At idem obsidione castrorum in Germa-
nia nunciata per stationes hostium Galli-
co habitu penetravit ad suos. A Bru-
ndisio Dyrrachium inter oppositas classes hie-
me transmisit cessantibusque copiis quas
subsequi iussisset, cum ad accersendas eas
frustra saepe misisset, novissime ipse clam
noctu parvulum navigium solus obvoluto ca-
pite conscendit neque aut quis esset ante
detexit aut gubernatorem cedere adversae
tempestati passus est quam pene obrutus
fluctibus. Ne religione quidem ulla a quo-
quam incepto absterritus umquam vel retarda-
tus est. Cum immolanti aufugisset hostia pro-
fectionem adversus Scipionem et Iubam non distu-
lit. Prolapsus etiam in egressu navis ver-
so ad melius omine: teneo te inquit Afri-
ca. Ad eludendas autem vaticinationes
quibus felix et invictum in ea provincia fa-
taliter Scipionum nomen ferebatur despectis-
simum quendam ex Corneliorum genere cui ad
obprobrium vitae Salvitonis cognomen erat
in castris secum habuit. Proelia non tantum de-
stinato sed ex occasione sumebat ac saepe
ab itinere statim interdum spurcissimis
tempestatibus cum minime quis moturum puta-
ret. Nec nisi tempore extremo ad dimicandum cun-
ctatior factus est quo saepius vicisset hoc

minus experiendos casus opinans Nichil
quoque se tantum aquisiturum victoria quantum du
hostem fudit qui nicastris quoque exueret
Ita ut nullum spatium perterritis dabat. An
cipiti proelio equos dimittebat: et in pri
mis suum quo maior permanendi necessitas
permaneret auxilio fugae erepto. Vteba
tur autem equo insigni pedibus prope huma
nis et in modum digitorum vngulis fissis
quem natum apud se cum aruspices imperium
orbis terrae significare domino pronunciaf
sent magna cura aluit nec patientem
sessoris alterius primus ascendit cuius
etiam instar pro aede veneris genitricis
postea dedicavit. Inclinatam aciem solus
saepe restituit obsistens fugientibus
retinensque singulos et contortis fau
cibus convertens in hostem. Et quidem
adeo plerumque trepidos ut aquilifero mo
ranti cuspide sit comminatus alius in ma
nu detinentis reliquerit signum. Non mi
nor constantia illa eius immo quam maio
ra ei indicia fuerunt. Post aciem phar
salicam quae praemisisset in Asiam copiis per
angustias Hellesponti vectoria navicu
la traiceret L. Cassium partis adversae cum
decem rostratis navibus obvium sibi neque
refugit et comminus tendens vltro ad
dedicionem hortatus supplicem ad se recepit
Alexandriae circa oppugnationem pontis
eruptione hostium facta subito compulsus
in scapham pluribus eodem praecipitantibus
quum desiluisset in mare nando per CC pas
sus evasit ad proximam navem elata leva
ne libelli quos tenebat madefierent: pa
ludamentum mordicus trahens ne spolio po
tiretur hostis. Militem neque a moribus
neque a fortuna probabat sed tantum a viribus
tractabatque pari severitate atque indul
gentia. Non enim ubique ac semper sed quom
hostis in proximo esset coercebat. Tunc ma
xime exactor gravissimus disciplinae ut
neque itineris neque proelii tempus denun
tiaret sed paratum et intentum momentis
omnibus quo vellet subito educeret. Quod
et sine causa plerumque faciebat praeci
pue pluviis et festis diebus. Ac subinde
observandum se admonens repente inter
diu ac nocte subtrahebat augebatque iter
ut serius subsequentes defatigaret. Fama
vero hostilium copiarum perterritos non ne
gando minuendove sed insuper ampli
ficando ementiendoque confirmabat
Itaque quem expectatio adventus Iubae
terribilis esset convocatis ad contionem mili
tibus Scitote inquit paucissimis his diebus
regem adfuturum cum decem legionibus equitum
xxx levis armaturae centum milibus ele
phantis trecentis. Proinde desinant qui
dam quaerere vltra aut opinari mihique
quod compertum habeo credere. Aut
quidem vetustissima nave impositos
quocumque vento in quascumque terras iu
bebo advehi. Delicta neque observabat
omnia neque pro modo exequebatur sed deserto
rum ac seditiosorum et inquisitor et punitor acer
rimus conivebat in ceteris ac nonnumquam post
magnam pugnam atque victoriam remisso
officiorum munere licentiam omnem passim
lasciviendi permittebat iactare milites
solitus suos etiam unguentatos bene
pugnare posse. Nec milites suos pro contio
ne sed blandiore nomine commilitones ap
pellabat. Habebatque tam cultos ut auro
et argento politis armis ornaret simul
et ad speciem et quo tenaciores eorum in proe
lio essent metu damni. Diligebat quoque vsque
adeo ut audita clade Tituriana barba
capillumque summiserit nec ante dempserit
quam vindicasset. Quibus rebus et devotissi
mos sibi et fortissimos reddidit. Ingres
so civile bellum centuriones cuiusque legio
nisque legionis singulos equites cum via
tico suo obtulerunt et universi mili
tes gratuitam et sine frumento stipendio
que operam cum tenuiorum tutelam locuple
tiores in se contulissent. Neque in tam diu
turno spacio quisquam omnino desciuit. Plerique ca
pti concessam sibi sub condicione vitam
si militare adversus eum vellent recu
sarent. Famem et ceteras necessitates
non quom obsiderentur modo sed et si ipsi
alios obsiderent tantopere tollerabant
vt Dyrrachina munitione Pompeius viso
genere panis ex herba cum feris sibi rem esse — quo sustinebat
esse dixerit amoverique ocius nec cuiquam
ostendi iusserit ne patientia et pertina
cia hostis animi suorum frangerentur.
Quanta fortitudine dimicarent testi
monio est quod adverso semel apud Dyrrachium
proelio poenam in se vltro depoposcerunt
ut consolandos eos magis imperator quam
puniendos habuerit. Ceteris proeliis
innumeras adversariorum copias multis
partibus ipsi pauciores facile superarunt
Denique una sextae legionis cohors praeposi
ta castello quattuor Pompeii legiones
per aliquot horas sustinuit paene omnis

conspecta multitudine hostium sagittarum quae unum tenuit et triginta milia intra vallum reperta sunt. Nec mirum si quis singulorum facta respiciat vel Cassii [sceue] Scaevae centurionis vel Gaii Acilii militis. Nec de pluribus referam. Scaeva [sceua] excusso oculo transfixus femore et humero centum et viginti ictibus scuto perforato custodiam portae commissi castelli retinuit. Acilius navali ad Massiliam proelio iniecta in puppim hostium dextera et abscisa memorabile illud apud Graecos Cynegiri exemplum imitatus transilivit in navem umbone obvios agens. Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino moverunt, civilibus aliquas: sed ut celeriter ad officium aliquod redierent nec tam indulgentia ducis quam auctoritate. Non enim cessit umquam tumultuantibus atque etiam obviam semper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam quamquam in armis adhuc esset Pompeius tota cum ignominia missam fecit aegreque post multas et supplices preces nec nisi exacta de sontibus poena restituit. Decumanos autem Romae cum ingentibus minis summoque etiam urbis periculo missionem et praemia flagitantes ardente tunc in Affrica bello neque adire cunctatus est quamquam deterrentibus amicis neque dimittere: sed una voce qua Quirites eos pro militibus appellarat tam facile circumegit et flexit ut ei milites esse confestim responderint et quamvis recusantem ultro in Affrica sunt secuti. Ac sic quoque seditiosissimum quemque et praedae et agri destinati tertia parte multavit.

Studium et fides erga clientes ne iuveni quidem defuerunt. Masinthiam nobilem iuvenem cum adversus Hiempsalem regem tam enixe defendisset ut Iubae regis filio in altercatione barbam invaserit, stipendarium quoque pronunciatum et abstrahentibus statim eripuit occultavitque apud se diu et mox ex praetura proficiscens in Hyspaniam inter officia prosequentium fascesque lictorum lectica sua avexit. Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit ut C. Oppio comitanti se per silvestre iter correptoque subita valitudine et in deversorio loco quod unum erat cesserit et ipse humi ac sub divo accubuerit. Iam autem rerum potens quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Cum ob id culparetur professus est palam si grassatorum et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum. Simultates contra nullos tam graves excepit umquam ut non occasione oblata libens deponeret. C. Memmii cuius asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit. C. Calvo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti ultro ac prior scripsit. Valerium Catullum a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulaverat satisfacientem eadem die adhibuit cenae hospitioque patris eius sicut consueverat uti perseveravit. Sed et in ulciscendo natura lenissimus. Pyratas a quibus captus est cum in dicionem redegisset, quoniam suffixurum se cruci ante iuraverat, iugulari prius iussit deinde suffigi. Cornelio Phagitae cuius quondam nocturnas insidias aeger ac latens ne perduceretur ad Syllam vix praemio dato evaserat numquam nocere sustinuit. Philemonem a manu servum qui necem suam per venenum inimicis promiserat non gravius quam simplici morte punivit. In P. Clodium Pompeiae uxoris suae adulterum atque eadem de causa pollutarum caerimoniarum reum testis citatus negavit se quicquam comperisse quamvis et mater Aurelia et soror Iulia apud eosdem iudices omnia ex fide rettulissent. Interrogatusque cur igitur repudiasset uxorem quoniam quoniam inquit meos tam suspicione quam crimine iudico carere oportere. Moderationem vero clementiamque cum in administratione tum in victoria belli civilis admirabilem exhibuit. Denuntiante Pompeio pro hostibus se habiturum qui rei publicae defuissent, ipse medios et neutrius partis suorum sibi numero futuros pronuntiavit. Quibus autem ex commendatione Pompei ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Ilerdam deditionis condicionibus cum assiduo inter utrasque partes usu atque commercio Afranius et Petreius deprehensos intra castra Iulianos subita paenitentia interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamavit ut civibus parceretur. Deinceps nemini non suorum quem vellet unum partis adversae servare concessit. Nec ulli perisse nisi in proelio reperiuntur exceptis dumtaxat Afranio et Fausto et L. Caesare iuvene. Ac ne hos quidem voluntate

ipsius interemptos putant: quorum tamen et pa
dres post impetratam veniam rebellaverunt
Et Caesar libertis servisque eius ferro et igni
crudelem in modum enectis bestias quoque
ad munus populi comparatas contruci
daverat. Denique tempore extremo etiam quibus
nondum ignoverat cunctis in Italiam redire
permiserat: magistratusque et imperia capi
re. Sed et statuas L. Syllae atque Pompei
a plebe disiectas reposuit. Ac si qua post
hac aut cogitarentur gravius adver
sus se aut dicerentur inhibere maluit quam vin
dicare. Itaque et detectas coniurationes co
ventusque nocturnos non ultra arguit
quam ut edicto ostenderet esse sibi notas. Et ac
re loquentibus satis habuit pro contione de
nunciare ne perseverarent. Auli que Caecinae
criminosissimo libro et Pitholai carminibus
maledicentissimis laceratam existimationem su
am civili animo tulit. Praegravant tamen cae
tera facta dictaque eius: ut et abusus
dominatione et iure caesus existimetur.
Non enim honores modo nimios recepit.
Ut continuum consulatum perpetuam dictatu
ram praefecturamque. Mox insuper praeno
men imperatoris, cognomen patris patri
ae. Statuam inter reges. Suggestum in
orchestra, sed et ampliora etiam humano
fastigio decerni sibi passus est. Sedem au
ream in curia et pro tribunali. Thensam
ferculum circensi pompa. Templa aras. Si
mulachra iuxta deos pulvinar. Flami
nem lupercos appellationem mensis e suo
nomine, ac nullos non honores ad libidi
nem cepit et dedit. Tertium et quartum co
sulatum titulo tenus gessit, contentus dic
taturae potestate decretae cum consulatibus
simul atque utroque anno binos consules
substituit sibi in ternos novissimos menses
Ita ut medio tempore comitia nulla ha
buerit. Praeter tribunorum et aedilium plebis
praefectosque pro praetoribus constituerit
qui absente se res urbanas administrarent.
Pridie autem Kalendas Ianuarias repentina
consulis morte cessantem honorem in
paucas horas petenti dedit. Eadem licentia
spreto patrio more magistratus in plu
res annos ordinavit. Decem praetoriis
viris consularia ornamenta tribuit
civitate donatos: et quosdam e semibarba
ris Gallorum recepit in curiam. Praeterea
monetae publicisque vectigalibus pe
culiares servos praeposuit. Trium legio
num quas Alexandriae relinquebat

curam et imperium Rufioni liberti sui filio
exoleto suo demandavit. Nec minoris im
potentiae voces propalam edebat ut Ti
tus Ampius scribit. Nihil esse rem publicam
appellationem modo sine corpore ac specie.
Syllam nescisse litteras qui dictaturam depo
suerit. Debere homines consideratius iam
loqui secum: ac pro legibus habere quae
dicat. Eoque arrogantiae progressus est
ut aruspice tristia et sine corde exta sa
cro quondam nunciante futura, diceret la
etiora cum vellet: nec pro ostento du
cendum, si pecudi cor defuisset. Verum praecipu
am et exitiabilem sibi invidiam hinc ma
xime movit. Adeuntes se cum plurimis
honorificentissimisque decretis universos
patres conscriptos sedens pro aede
Veneris genitricis excepit. Quidam pu
tant retentum a Cornelio Balbo quominus
conaretur assurgere alii ne conatum quidem
omnino, sed etiam admonentem Trebatium
ut assurgeret minus familiari vultu
respexisse, idque factum eius tanto intole
rabilius est visum, quod ipse triumphanti
et subsellia tribunitia praetervehenti si
bi unum e collegio Pontium Aquilam non
assurrexisse adeo indignatus sit ut pro
clamaverit, Repete ergo a me Aquila
rem publicam tribunus, et nec destiterit per conti
nuos dies quicquam cuiquam nisi sub exceptione
pollicei: si tamen per Pontium Aquilam
licuerit. Adiecit ad tam insignem de
specti senatus contumeliam multo arroga
tius factum. Nam cum in sacrificio Latina
rum revertente eo inter modicas acno
vas populi acclamationes quidam e tur
ba statuae eius coronam lauream candida
fascia praeligata imposuisset et tribuni
plebis Epidius Marullus Caesetius
que Flavus coronam fasciam detrahi ho
minemque duci in vincula iussissent dolens
seu propter parum prospere motam regni
mentionem: sive ut ferebat ereptam sibi
gloriam recusandi tribunos graviter in
crepatos potestate privavit. Neque ex eo in
famiam affectati etiam regii nominis di
scutere voluit: quamquam et plebi regem se
salutanti Caesarem se non regem esse re
sponderit: et lupercalibus pro rostris a
consule Antonio admotum saepius capi
ti suo dyadema reppulit: atque in capito
lio Iovi optimo maximo miserit. Quin
etiam varia fama percrebuit migraturum
Alexandriam vel Ilium translatis simul

opibus imperii: exhausta que Italia delecti
bus et procuratione urbis amicis permissa.
Proximo autem senatu L. Cottam quindeci
virum sententiam dicturum ut quoniam libris
fatalibus contineretur Parthos nisi a re
ge non posse vinci Caesar rex appellaretur.
Que causa coniuratis maturandi fuit de
stinata negotia: ne assentiri necesse esset.
Consilia igitur dispersim antea habita
et qui saepe bini terni ve ceperant in unum
omnes contulerunt: ne quidem populo iam
presenti statu laeto sed clam palam que de
tractante dominationem atque assertores fla
gitante. Peregrinis in Senatum allectis li
bellus propositus est. Bonum factum ne quis
senatori novo curiam monstrare velit. et
illa vulgo canebant. Gallos cesar in tri
umphum ducit idem in curiam. Galli
bracas deposuerunt latum clavum sumpse
runt. Quinto maximo suffecto trimenstri
que consule theatrum introeunte cum lictor animad
adverti ex more iussisset ab universis con
clamatum est non esse eum consulem. Post re
motos Caesetium et Marullum tribunos re
perta sunt proximis comitiis complura
suffragia: consules eos declarantium. Sub
scripsere quidem L. Bruti statue Utinam
viveres. Item ipsius Caesaris. Brutus
quia reges eiecit consul primus factus est
Hic quia consules eiecit rex postremo factus est.
Conspiratum est in eum a sexaginta in eum
amplius C. Cassio Marcoque et Decio Bru
to principibus conspirationis. Qui primum
cunctanti utrum in illum in campo per comi
tia tribus ad suffragia vocantem parti
bus divisis e ponte deicerent: atque exce
ptum trucidarent. An in sacra via, vel in
aditu theatri adorirentur. Postquam senatus
idibus martiis: in pompei curiam edi
ctus est facile tempus et locum pretule
runt. Sed Caesari futura caedes evide
ntibus prodigiis denunciata est. Paucos
ante menses quom in colonia Capua de
ducti lege iulia coloni ad extruendas vil
las: vetustissima sepulchra disicerent id
que eo studiosius facerent quod aliquantum vascu
lorum operis antiqui scrutantes reperiebant
tabula aenea in monimento in quo dice
batur Capis conditor Capuae sepultus: i
ucta est conscripta litteris verbisque grae
cis hac sententia. Quandoque ossa Capis
detecta essent: fore ut illo prognatus ma
nu consanguineorum necaretur: magnisque
mox Italie cladibus vindicaretur. Cuius

rei ne quis fabulosam aut commenticiam putet
autor est Cornelius Balbus familiarissimus
Caesaris. Proximis diebus equorum greges
quos in traiciendo Rubicone flumine consecra
rat ac vagos et sine custode dimiserat com
perit pertinacissime pabulo abstinere: uberti
mque flere. Et immolantem aruspex Spurinna mo
nuit. caveret periculum: quod non ultra mar
tias idus proferretur. Pridie autem easdem
idus avem regaliolum cum laureo ramulo
pompeianae curiae se inferentem: volucres va
rii generis e proximo nemore persecute ibi
dem discerpserunt. Ea vero nocte cui illuxit
dies caedis et ipse sibi visus est per quietem
interdum supra nubes volitare alias cum Io
ve dexteram iungere. Et Calphurnia uxor
ymaginata e collabi fastigium domus ma
ritum que in gremio suo confodi. ac subito cu
biculi fores sponte patuerunt. Ob haec et
simul et ob infirmam valitudinem, diu cuncta
tus an se contineret. et quae apud senatum
proposuerat agere differret. Tandem Decimo Bru
to adhortante ne frequentes ac iam du
dum opperientes destitueret. Quinta fere ho
ra progressus est, libellum que indicem insidia
rum, ab obvio quodam porrectum libellis ceteris
quos sinistra manu tenebat quasi mox lectu
rus commiscuit. Deinde pluribus hostiis cae
sis quom litare non posset introiit curiam
spreta religione Spurinnam que irridens et
ut falsum arguens quod sine ulla sua noxa
idus martiae adessent quamquam is venisse qui
dem eas diceret, sed non preterisse. Assidentem
conspirati specie officii circumsteterunt. Illicoque
Cymber tullius qui primas partes suscepe
rat quasi aliquid rogaturus propius acces
sit, Renuenti que et gestum in aliud tempus
differenti: ab utroque humero togam apprehe
ndit, deinde clamantem Ista quidem vis
est. Alter Cassius adversum vulnerat
paulum infra iugulum. Caesar Cassii brachi
um arrepto graphio traiecit conatusque prosi
lire alio vulnere tardatus est. Ut que animadver
tit undique se strictis pugionibus peti toga ca
put obvolvit simul sinistra manu sinum ad
ima crura deduxit, quo honestius caderet
etiam inferiore corporis parte velata atque
ita tribus et viginti plagis confossus est
uno modo ad primum ictum gemitu sine vo
ce edito etsi tradiderunt quidam M. Bruto irru
enti dixisse          Exanimis diffugientibus
cunctis aliquamdiu iacuit. donec lecticae
impositum dependente brachio: tres servuli
domum retulerunt. Nec in tot vulneribus ut

Antistius medicus existimabat letale ullum re-
pertum est nisi quod secundo loco in pectore acce-
perat. Fuerat animus coniuratis corpus occisi
in tyberim trahere, bona publicare, acta
rescindere: sed metu M. Antonii consulis
et magistri equitum Lepidi destiterunt. Postula-
te ergo L. Pysone socero testamentum eius ap-
peritur recitaturque, quod in Antonii domo, quod idi-
bus septembribus proximis in Lavicano suo
fecerat: demandaveratque virgini vestali
maxime. Q. Tubero tradit heredem ab eo scribi
solitum ex consulatu ipsius primo usque ad ini-
tium civilis belli Cn. Pompeium, idque militibus
pro contione recitatum. Sed novissimo tres te-
stamento instituit heredes sororum nepotes
C. Octavium ex dodrante, et L. Pinarium et Q. Pe-
dium ex quadrante reliquos; in ima cera C.
Octavium etiam in familiam nomenque ad-
optavit; plerosque percussorum in tutoribus
filii, si quis sibi nasceretur, nominavit. De-
cimum Brutum etiam in secundis heredibus.
populo ortos circa tiberim publice et vi-
ritim trecenos sestertios legavit. Funere
indicto rogus extructus est in martio cam-
po iuxta Iuliae tumulum, et pro rostris au-
rata aedes ad simulachrum templi veneris
genitricis collocata. Intraque lectus ebur-
neus auro et purpura stratus, et ad ca-
put trophaeum cum veste in qua fuerat occisus.
praeferentibus munera, quia suffecturus dies
non videbatur, praeceptum ut omisso ordine quibus
quis vellet itineribus urbis portaret in campum.
Inter ludos cantata sunt quaedam ad
miserationem et invidiam caedis eius acco-
modata, ex pacuvianorum iudicio: Men ser-
vasse, ut essent qui me perderent? Et ex Ele-
ctra Atilii ad similem sententiam. Laudatio-
nis loco Consul Antonius per preconem pro-
nunciavit Senatus consultum quo omnia simul
ei divina atque humana decreverat, item ius-
iurandum quo se cuncti pro salute unius astrin-
xerant, quibus perpauca a se verba addidit.
Lectum pro rostris in forum magistratus et honoribus
functi detulerunt. Quem cum pars in Capito-
lini Iovis cella cremare, pars in curia Pompei
destinaret, repente quidam duo gladiis suc-
cincti ac bina iacula iastantes ardentibus cereis
succenderunt. Confestimque circumstantium tur-
ba virgulta arida et cum subselliis tribuna-
lia, quicquid praeterea ad donum aderat, congessit.
Deinde tibicines et scenici artifices vestem quam
ex triumphorum instrumento ad presentem usum induerat
detractam sibi atque discissam iniecere flammae. Et
veteranorum militum legionarii arma sua, quibus
exculti funus celebrabant. Matronae etiam pleraeque
ornamenta sua quae gerebant et liberorum
bullas atque praetextas. In summo publico luctu
exterarum gentium multitudo circulatim suo quaeque
more lamentata est, praecipue Iudei qui etiam
noctibus continuis bustum frequentarunt. Plebs
statim a funere ad domum Bruti et Cassii cum
facibus tetendit atque aegre repulsa obvium
sibi Helvium Cinnam per errorem nominis
quasi Cornelius is esset, quem graviter pridie
contionatum de Caesare requirebat, occidit caput-
que eius praefixum hastae circumtulit. Postea solidam
columnam prope viginti pedum lapidis numidici
in foro statuit scripsitque parenti patriae.
Apud eandem longo tempore sacrificare, vota
suscipere, controversias quasdam interposito per
Caesarem iureiurando distrahere perseve-
ravit. Suspicionem Caesar quibusdam suorum
reliquit neque voluisse se diutius vivere
neque curasse quod valitudine minus prospe-
ra uteretur. Ideoque et quae religiones
monerent et quae renunciarent amici ne-
glexisse. Sunt qui putant confisum eum no-
vissimo illo senatus consulto ac iureiuran-
do etiam custodias hyspanorum cum gladiis
insectantium se removisse. Alii e diverso opi-
nantur insidias undique imminentes subire
semel quam timere solutum. Ferunt non tam
sua quam reipublicae interesse uti salvus esset. Se
iam pridem potentiae gloriaeque abunde
adeptum, rempublicam si quid sibi eveniret neque quie-
tam fore et aliquanto deteriore condicione ci-
vilia bella subituram. Illud plane inter
omnes fere constitit talem ei mortem pene ex
sententia obtigisse. Nam et quondam cum apud
Xenophontem legisset Cyrum ultima
valitudine mandasse quaedam de funere
suo, aspernatus tam lentum mortis genus
subitam sibi celeremque optaverat. Et pridie
quam occideretur in sermone nato super ce-
nam apud M. Lepidum quisnam esset finis
vitae commodissimus, repentinum inopina-
tumque praetulerat. Periit sexto et quinqua-
gesimo aetatis anno atque in deorum numerum
relatus est, non ore modo decernentium sed et per-
suasione vulgi. Siquidem ludis quos primo
consecratos ei heres Augustus edebat, stel-
la crinita per septem continuos dies fulsit ex-
oriens circa undecimam horam, creditumque est animam esse
Caesaris in caelum recepti. Et hac de causa
simulachro eius in vertice additur stella. Cu-
riam in qua occisus est obstrui placuit, Idus-
que Martias parricidium nominari, ac ne umquam
eo die senatus ageretur. Percussorum autem fere

Eius ductu caesa sunt undecies centum nonaginta duo milia
hostium exceptis bellis civilibus. Signis collatis quinquagies
dimicavit solus. hoc superavit M. Marcellum qui 39 vicibus
pariter fuerat preliatus. Ad hunc modum eo celeritatis excrevit, scripsit quatuor
epistolas simul dictat. Tantae fuit benignitatis ut quos armis
vicit subegerat eorum clementia superavit

Incipit

neque triennio quidem amplius supervixit. neque sua morte defuncti sunt. Damnati omnes alius alio casu perijt. pars naufragio pars proelio nonnulli semet eodem illo pugione quo Caesarem violaverant interemerunt.

Gentem Octaviam Velitris praecipuam olim fuisse multa declarant. Nam et vicus celeberrima parte oppidi iam pridem Octavius vocabatur et ostendebatur ara Octavio consecrata. Qui bello dux finitimo quem forte Marti rem divinam faceret nuntiata repente hostis incursione semicruda exta rapta foco prosecuit atque ita proelium ingressus victor redijt. Decretum etiam publicum extabat quo cavebatur ut in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur reliquiae quae ad Octavios referrentur. Ea gens a Tarquinio Prisco rege inter minores gentes allecta in senatum, mox a Ser. Tullio in patricias traducta procedente tempore ad plebem se contulit ac rursus magno intervallo per divum Iulium in patriciatum redit. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C. Rufus. Is quaestorius Gneum et C. procreavit a quibus duplex Octaviorum familia defluxit condicione diversa. Siquidem Gneus et deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt honoribus summis. At C. eiusque posteri seu fortuna seu voluntate in equestri ordine constiterunt usque ad Augusti patrem. Proavus Augusti secundo Punico bello stipendia in Sicilia tribunus militum fecit Aemilio Paulo imperatore. Avus municipalibus magisterijs contentus abundante patrimonio tranquillissime senuit. Sed haec alij. Ipse Augustus nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit vetere ac locuplete et in qua primus senator primus fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat, restionem e pago Thurino, avum argentarium. Nec quicquam ultra de paternis Augusti maioribus reperi. C. Octavius pater a principio aetatis et re et existimatione magna fuit ut equidem mirer hunc quoque a nonnullis argentarium atque etiam inter divisores operasque campestres proditum. Amplis enim innutritus opibus honores et adeptus est facile et egregie administravit. Ex praetura Macedoniam sortitus fugitivos residuam Spartaci et Catilinae manum Thurinum agrum tenentes in itinere delevit negotio sibi in senatu extra ordinem dato. Provinciae praefuit non minore iustitia quam fortitudine. Namque Bessis et Thracibus magno proelio fusis ita socios tractavit ut epistulae M. Ciceronis extent quibus Q. fratrem eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem hortatur et monet imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. Decedens Macedonia priusquam profiteri se candidatum consulatus posset morte repentina obijt superstitibus liberis Octavia maiore quam ex Ancharia, et Octavia minore item Augusto quos ex Atia tulerat. Atia Balbo et Iulia sorore Caesaris genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus multis in familia senatoriis imaginibus a matre Magnum Pompeium artissimo contingebat gradu. Functusque honore praeturae inter XX viros agrum Campanum plebi Iulia lege divisit. Verum idem Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem proavum eius Afri generis fuisse et modo unguentariam tabernam modo pistrinum Ariciae exercuisse obicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistula non tantum ut pistoris sed etiam ut nummularij nepotem sic taxat Augustum: Materna tibi farina est ex crudissimo Ariciae pistrino; hanc finxit manibus collybo decoloratis Neruloniensis mensarius. Natus est Augustus M. Tullio Cicerone et Antonio consulibus VIIII Kal. octobris paulo ante solis exortum regione Palatij ad Capita Bubula ubi nunc sacrarium habet aliquanto post quam excessit constitutum. Nam ut senatus actis continetur, cum C. Laetorius adolescens patricii generis in deprecanda graviore adulterij poena praeter aetatem atque natales hoc quoque patribus conscriptis allegaret esse se possessorem ac velut aedituum soli quod primum divus Augustus nascens attigisset peteretque donari quasi proprio suo ac peculiari deo decretum est ut ea pars domus consecraretur. Nutrimentorum eius ostenditur adhuc locus in avito suburbio iuxta Velitras permodicus et cellae penuariae instar tenetque vicinitatem opinio tanquam et natus ibi sit. Huc introire nisi necessario et caste concepta religionis opinione veteri: quasi temere adeuntibus

horror quidam et metus obicitur. Sed et mox confirmata. Nam quom possessor villae novus seu forte seu temptandi causa cubitum se contulisset, evenit ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde subita vi et incerta pene semianimis cum strato simul ante fores inveniretur. Infanti cognomen Thurino inditum est in memoriam maiorum originis, quod regione Thurina recens eo nato pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat. Thurinum cognominatum satis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam eius aream veterem ferreis et pene iam exolescentibus litteris hoc nomine inscriptam, quae dono a me principi data inter cubiculi Lares colitur. Sed et a M. Antonio in epistolis per contumeliam saepe Thurinus appellatur, et ipse nihil amplius quam mirari se rescribit pro obprobrio prius nomen sibi obici. Postea Gaii Caesaris et deinde Augusti cognomen assumpsit, alterum testamento maioris avunculi, alterum Munatii Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere quasi et ipsum conditorem urbis, praevaluisset ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa et in quibus augurato quid consecratur augusta dicantur ab auctu vel ab avium gestu gustu ve, sic etiam Ennius docet scribens: augusto augurio, postquam inclita condita Roma est. Quadriennis patrem amisit. Duodecimum agens annum aviam Iuliam defunctam pro contione laudavit. Quadriennio post virili toga sumpta militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est, quamquam expers belli propter aetatem. Profectum mox avunculum in Hyspanias adversus Cn. Pompei liberos vix dum firmus a gravi valitudine per infestas hostibus vias paucissimis comitibus naufragio etiam facto subsecutus magnopere demeruit, approbata cito etiam morum indole super itineris industria. Caesare post receptas Hyspanias expeditionem in Dacos et inde in Parthos destinante praemissus Apolloniae studiis vacavit. Ut quem primum occisum eum heredemque se comperit, diu cunctatus an proximas legiones imploraret, id quidem consilium ut praeceps immaturumque omisit, dubitante matre, vitrico vero Marcio Philippo consulari multum dissuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis primum cum M. Antonio Lepidoque, deinde tantum cum Antonio per xii fere annos, novissime per quattuor et quadraginta solus rem publicam tenuit. Propo-

Romam urbe repe-
tita hereditatem adiit

sita vitae eius velud summa partes sigillatim neque per tempora sed per species exequar, quo distinctius demonstrari cognoscique possit. Bella civilia quinque gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Attiacum; e quibus primum ac novissimum adversus M. Antonium, secundum adversus Brutum et Cassium, tertium adversus L. Antonium triumviri fratrem, quartum adversus Sextum Pompeium Cn. Pompei filium. Omnium bellorum initium et causam hinc sumpsit: nihil convenientius ducens quam necem avunculi vindicare tuerique acta. Confestim ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque et inopinantes quia provisum periculum subterfugerant legibus aggredi reosque caedis absentes deferre statuit. Ludos autem victoriae Caesaris non audentibus facere quibus obtigerat id munus ipse edidit. Et quo constantius cetera quoque exequeretur, in locum tribuni plebis forte demortui candidatum se ostendit quamquam patricius nec dum senator. Sed adversante conatibus suis M. Antonio consule quem vel praecipuum adiutorem speraverat, ac ne publici quidem et tralati cui nulla in re sibi sine pactione gravissimae mercedis impertiente, ad optimates se contulit, quibus eum invisum sentiebat, maxime quod D. Brutum obsessum Mutinae provincia a Caesare data et per senatum confirmata expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis percussores ei subornavit, hac fraude deprehensa periculum invicem metuens veteranos simul in suum ac rei publicae auxilium quanta potuit largitione contraxit. Iussusque comparato exercitui pro praetore praeesse et cum Hyrtio ac Pansa consulatum susceperant D. Bruto opem ferre demandatum bellum tertio mense confecit duobus proeliis. Priore Antonius fugisse eum scribit ac sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse; sequenti satis constat non modo ducis sed etiam militis functum munere atque in media dimicatione aquilifero legionis suae graviter saucio aquilam humeris subisse diuque portasse. Hoc bello quem Hyrtius in acie, et Pansa paulo post ex vulnere periissent, rumor increbruit ambos opera eius occisos ut Antonio fugato re publica consulibus orbata solus victores exercitus occuparet. Pansae quidem adeo suspecta mors fuit ut Glyco medicus custoditus sit quasi venenum vulneri indidisset. Adicit his Aquilius Niger alterum e consulibus Hyrtium in pugnae tumultu ab ipso interemptum. Sed ut cognovit Antonium

post fugam a M. lepido receptum ceterosque
duces et exercitus consentire pro partibus
causa optimatum sine cunctatione deseruit
ad pretextum mutate voluntatis dicta facta
que quorundam calumpniatus quasi alii se puerum alii
ornandum tollendumque iactassent ne aut
vel sibi aut veteranis aut gratia referre
tur. Et quo magis penitentiam prioris
secte approbaret Nursinos grandi pecunia
et quia pendere nequirent multatos
extorres oppido egit quod Mutinensi acie inter
emptorum civium tumulo publice extructo
ascripserat pro libertate eos occubuisse. Ini
ta cum Antonio et lepido societate Philip
pense quoque bellum quamquam invalidus atque
eger duplici prelio transegit quorum prio
re castris exutus vix ad Antonii cornu
fuga evaserat. Nec successum victorie mo
deratus est sed capite Bruti Romam misso ut
statue Cesaris subiceretur splendidissimum
quemque captivum non sine verborum contumelia
sevit ut quidem uni suppliciter sepulturam p
recanti respondisse dicatur iam istam in
volucrum fore potestate. Alios patrem et
filium pro vita rogantes sortiri vel mi
care iussisse ut alterutri concederetur ac spe
ctasse utrumque morientem. Cum patre quia se
obtulerat occiso filius quoque voluntaria
occubuisset nece. Quare ceteri et in his
M. Favonius ille Catonis emulus cum
cathenati producerentur imperatore An
tonio honorifice salutato hunc fedissimo
convicio coram prosciderunt. Partitis post
victoriam officiis cum Antonius orien
tem ordinandum ipse veteranos in italiam
reducendos et municipalibus agris collo
candos recepisset neque veteranorum neque
possessorum gratiam tenuit alteris pelli se
alteris non pro spe meritorum tractari que
rentibus. Quo tempore L. Antonium fiducia con
sulatus quem gerebat ac fraterne potentie
res novas molientem confugere Perusiam
coegit et ad deditionem fame compulit non
tamen sine magnis suis et ante bellum et in
bello discriminibus. Nam cum spectaculo lu
dorum gregarium militem in quatuordecim
ordinibus sedentem excitari per apparitorem ius
sisset rumore ab obtrectatoribus dilato quasi
eundem mox et discruciatum necasset minimum
abfuit quin periret concursu et indignatione
turbe militaris. Saluti fuit quod qui deside
rabatur repente comparuit incolumis
ac sine iniuria. Circa Perusinum autem murum
sacrificans pene interceptus est a manu
gladiatorum que oppido eruperat. Perusia
capta in plurimos animadvertit orare
veniam vel excusare se conantibus una vo
ce occurrens moriendum esse. Scribunt quidam
trecentos ex dediticiis electos utriusque ordinis
ad aram divo Iulio extructam idibus
martiis hostiarum more mactatos. Extite
runt qui traderent conspirato cum eo ad arma
isse ut occulti adversarii et quos metus magis
quam voluntas contineret facultate L. Antonii
ducis prebita detegerentur devictisque his
et confiscatis veteranis premia solverentur.
Siculum bellum inchoavit in primis sed diu
traxit intermissum sepius modo repan
darum classium causa quas tempestatibus
duplici naufragio et quidem per estatem ami
serat modo pace facta flagitante populo ob
interclusos commeatus famemque ingravescentem
donec navibus ex integro fabricatis ac xx
servorum milibus manumissis et ad remum
datis portum Iulium apud Baias immisso in Lu
crinum et Avernum lacum mari effecit. In quo
cum hieme tota copias exercuisset Pompe
ium inter Mylas et Naulochum superavit sub
horam pugne tam arto repente somno
devinctus ut ad dandum signum ab amicis
excitaretur. Unde prebita Antonio mate
riam putem exprobrandi ne rectis quidem
oculis eum aspicere potuisse instructam aciem
verum supinum celum tacitum intuentem stupidum
cubuisse nec prius surrexisse ac militibus
in conspectu venisse quam a M. Agrippa fugate
sint hostium naves. Alii factum dictumque eius
criminantur quasi classibus tempestate per
ditis exclamaverit etiam invito Neptuno vic
toriam se adepturum ac die circensium proximo
solemni pompe simulachrum dei detraxe
rit. Nec temere plura ac maiora peri
cula ullo alio bello adiit. Traiecto in Si
ciliam exercitu cum partem reliquam copiarum
continenti repeteret oppressus ex improviso
a Demochare et a pollophane prefectis
pompeii uno demum navigio egerrime
effugit. Iterum cum preter Locros Re
gium pedibus iret et prospectis biremibus
pompeianis terra legentibus suas ratus
descendisset ad litus pene exceptus est. Tunc
etiam per devios tramites fugientem servus
Emilii Pauli comitis eius dolens olim
proscriptum ab eo Paulum et quasi occasione
ultionis oblata interficere conatus est. Post
Pompeii fugam collegarum alterum M.
Lepidum quem ex Africa in auxilium evo
carat superbientem viginti legionum fiducia

finitimas que sibi partes terrore et minis vendicanti spoliavit exercitu supplicemque concessa vita terracinae in perpetuum relegavit. M. Antonii societatem semper dubiam et incertam reconciliationibusque variis male focillatam abrupit tandem et quo magis degenerasse eum a civili more appareret testamentum quod is romae etiam de Cleopatrae liberis inter haeredes sui nuncupatis relinquerat aperiendum recitandumque pro contione curavit. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines amicosque atque inter alios C. Sosium et T. Domitium tunc adhuc consules. Bononiensibus quoque publice quod in Antoniorum clientela antiquitus erant gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis. Nec multo post navali proelio apud Actium vicit in serum dimicatione protracta ut in nave victor pernoctaretur. Ab Actio quom Samum in hyberna se recepisset turbatus nuntiis de seditione praemia et missionem poscentium quos ex omni numero confecta victoria Brundisium praemiserat repetit Italiam tempestate in traiectu bis conflictatus primo inter promontoria Peloponensis atque Aetoliae rursus circa montes Ceraunios utrobique parte liburnicarum demersa simul eius in qua vehebatur fusis armamentis atque gubernaculo diffracto. Nec amplius quam septem et viginti dies donec ad desideria militum ordinarentur Brundisii commoratus Asiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit. Obsessaque Alexandria quo Antonius cum Cleopatra confugerat brevi potitus est. Et Antonium quidem seras condiciones pacis temptantem ad mortem adegit viditque mortuum. Cleopatrae quam servatam triumpho magnopere cupiebat etiam psyllos admovit qui venenum ac virus exsugerent quod perisse morsu aspidis putabatur. Ambobus communem sepulturae honorem tribuit ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici iussit. Antonium iuvenem maiorem de duobus Fulvia genitis simulachro divi Iulii ad quod post multas et irritas preces confugerat avulsum interemit. Item Caesarionem quem ex Caesare patre Cleopatra concepisse praedicabat retractum e fuga supplicio adfecit. Reliquos Antonii reginaeque communes liberos non secus ac necessitudine iunctos sibi et conservavit et mox pro condicione

cuiusque sustinuit ac fovit. Per idem tempus conditorium et corpus magni Alexandri quom prolatum e penetrali subiecisset oculis corona aurea imposita ac floribus aspersis veneratus est. Consultusque num et Ptolomaeum inspicere vellet regem se voluisse ait videre non mortuos. Aegyptum in provinciae formam redactam ut feraciorem habilioremque annonae urbi redderet fossas omnes in quas Nilus exaestuat oblimatas longa vetustate militari opere detersit. Quoque Actiacae victoriae memoria celebratior et in posterum esset urbem Nicopolim apud Actium condidit ludosque illic quinquennales constituit et ampliato vetere Apollinis templo locum castrorum quibus fuerat usus exornatum navalibus spoliis Neptuno ac Marti consecravit. Tumultus post haec et rerum novarum initia coniurationesque complures priusquam invalescerent indicio detectas compressit alias alio tempore. Lepidi iuvenis deinde Varronis Murenae et Fanni Caepionis mox M. Egnati exim Plauti Rufi Lucique Pauli progeneri sui ac praeter has L. Audasii falsarum tabularum rei ac nec aetate nec corpore integri item Asinii Epicadi ex gente Parthina hybridae ad extremum Telephi mulieris servi nomenculatoris. Nam ne ultimae quidem sortis hominum conspiratione et periculo caruit. Audasius atque Epicadus Iuliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis quibus continebantur rapere ad exercitum Thelaphus quasi debitam sibi dominationem fato et ipsum et senatum aggredi destinaverat. Quin etiam quondam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu ianitoribus deceptis noctu deprehensus est cultro venatorio cinctus imposne mentis an simulata dementia incertum. Nihil enim exprimi quaestione potuit. Externa bella duo omnino per se gessit Dalmaticum adolescens adhuc et Antonio devicto Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit una acie dextrum genu lapide ictus. Reliqua per legatos administravit ut tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis bellis aut interveniret aut non longe abesset Ravennam vel Mediolanum vel Aquileiam usque ab urbe progrediens. Domuit autem partim ductu partim auspiciis suis Cantabriam Aquitaniam Pannoniam Dalmatiam cum Illyrico omni item Rhetiam et Vindelicos ac Salassos gentes inalpinas. Coercuit et Dacorum

mansiones tribus cum duabus tum magna
copia caesis Germanos quoque ultra Albim
fluvium submovit ex quibus Sue
vos et Sicambros dedentes se traduxit
in Galliam atque in proximis Rheno agris
collocavit. Alias item nationes male
quietas ad obsequium redegit. Nec ulli gen
ti sine iustis et necessariis causis bellum
intulit. Tantumque abfuit a cupiditate quo
quo modo imperium vel bellica gloriam au
gendi ut quorundam barbarorum principes
in aede Martis Ultoris iurare coegerit
mansuros se in fide ac pace quam peterent.
A quibusdam vero novum genus obsidum fe
minas exigere temptaverit quod neglige
re marium pignora sentiebat. Et tamen potestatem
semper omnibus fecit quotiens vellent obsi
des recipiendi. Neque aut crebrius aut
perfidiosius rebellantes graviore
umquam ultus est poena quam ut captivos sub
lege venundaret ne in vicina regione ser
virent ne intra tricesimum annum libe
rarentur. Qua virtutis moderationisque
fama Indos etiam ac Scithas auditu mo
do cognitos pellexit ad amicitiam suam
populique Romani ultro per legatos petendam.
Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile
cesserunt et signa militaria quae M.
Crasso et M. Antonio ademerunt repo
scenti reddiderunt. Obsides quoque insuper
obtulerunt. Denique pluribus quondam
de regno concertantibus non nisi ab eo ele
ctum esse probaverunt. Ianum Quirinum se
mel atque iterum a condita urbe ante memo
riam suam clausum in multo breviore temporis spa
tio terra marique pace parta ter clausit.
Bis ovans ingressus est urbem post Phi
lippense et rursus post Siculum bellum.
Curules triumphos tres egit Dalmaticum
Acciacum Alexandrinum continuo triduo omnes.
Graves ignominias cladesque duas
omnino non alibi quam in Germania accepit Lo
llianam et Varianam pene exitiabilem tribus
legionibus cum duce legatisque et auxiliis
omnibus caesis. Hac nuntiata excubias per
urbem indixit ne quis tumultus exsiste
ret et presidibus provinciarum propagavit
imperium ut a peritis et assuetis socii conti
nerentur. Vovit et magnos ludos Iovi
optimo maximo si res publica in meliorem statum
vertisset quod factum Cimbrico Marsicoque
bello erat. Adeo denique consternatum ferunt
ut per continuos menses barba capilloque
summisso caput interdum foribus illideret

vociferans Quintili Vare legiones redde. Di
em quoque cladis quotannis mestum habuerit
ac lugubrem. In re militari et commutavit
multa et instituit atque etiam ad antiquum mo
rem nonnulla revocavit. Disciplinam severissime
rexit. Ne legatorum quidem cuique nisi gravate
hibernisque demum mensibus permisit uxo
rem intervisere. Equitem Romanum quod duobus fi
liis adolescentibus causa detractandi sacra
menti pollices amputasset ipsum bonaque
subiecit hastae quem tamen quod imminere empti
oni publicanos videbat liberto suo addi
xit ut relegatum in agros pro libero esse si
neret. Decimam legionem contumacius pa
rentem cum ignominia totam dimisit. Item ali
as immodeste missionem postulantes citra
commoda emeritorum premiorum exauctoravit.
Cohortes si que cessissent loco decimatas or
deo pavit. Centuriones statione deserta
itidem ut manipulares capitali animad
versione punivit. Pro cetero delictorum genere
variis ignominiis afficiebat ut stare per to
tum diem iuberet ante praetorium interdum
tunicatos discinctosque nonnumquam cum decem
pedis vel etiam cespitem portantes. Neque
post bella civilia aut in contione aut per
edictum ullos militum commilitones appella
bat sed milites. Ac ne a filiis quidem aut
privignis suis imperio preditis aliter appel
lari passus est ambitiosius id existimans
quam aut ratio militaris aut temporum qui
es aut domus sue maiestas postu
laret. Libertino milite preterquam Rome in
cendiorum causa et si tumultus in graviore
annona metueretur bis usus est. Se
mel ad praesidium coloniarum Illyricum con
tingentium. Iterum ad tutelam ripe Rheni
fluminis eosque servos adhuc viris feminis
que pecuniosioribus indictos ac sine mora
manumissos sub priore vexillo habuit neque
aut commixtos cum ingenuis aut eodem modo
armatos. Dona militaria aliquanto fa
cilius phaleras et torques quicquid au
ro argentoque constaret quam vallares ac
murales coronas que honore precellerent
dabat. Has quoque parcissime et sine ambitio
ne ac saepe etiam caligatis tribuit. M. A
grippam in Sicilia post navalem victoriam
ceruleo vexillo donavit. Solos triumpha
les quamquam et socios expeditionum et participes
victoriarum suarum numquam donis imperti
endos putavit quod ipsi quoque ius habuissent
tribuendi ea quibus vellent. Nihil autem
minus perfecto duci quam festinationem teme

ciuitatem quod tenemere arbitrantur Tiberius ita quod primo iactabat

et sat celeriter fieri quicquid fiat satis bene. Proelium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat nisi quem maior emolumenti spes quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minimo sectantibus discrimine similes aiebat esse aureo hamo piscantibus cuius abrupti damnum nulla captura pensari posset. Magistratus atque honores et ante tempus et quosdam novi generis perpetuosque cepit. Consulatum vicesimo aetatis anno invasit admotis ad urbem hostiliter legionibus missisque qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cum quidem cunctaretur senatus Cornelius centurio princeps legationis reiecto sagulo ostendens gladii capulum non dubitasset in curia dicere Hic faciet si vos non feceritis. Secundum consulatum post novem annos tertium anno interiecto gessit sequentes usque ad undecimum continuavit multisque mox que deferrentur recusatis duodecimum magno idest septemdecim annorum intervallo et rursus tertium decimum biennio post ultro petiit ut C. et Lucium filios amplissimo praeditus magistratu suo quemque tirocinio deduceret in forum. Quinque medios consulatus a sexto ad decimum annuos gessit sequentes usque ad undecimum continuavit multisque mox que deferrentur recusatis. Ceteros autem novem aut sex aut quatuor aut tribus mensibus, secundum vero paucissimis horis. Nam kalendis ianuariis quom mane pro aede capitolina in iovis paululum curuli sella praesedisset honore abiit suffecto alio in locum suum. Nec omnes Romae sed quartum consulatum in Asia quintum in insula Samo, octavum et nonum Terracone iniit. Triumviratum rei publicae constituendae per x annos administravit. In quo restitit quidem aliquamdiu collegis ne qua fieret proscriptio sed inceptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum saepe personam per gratiam et preces exorabilibus solus magnopere contendit ne cui parceretur, proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum eundem collegam patris sui Octavii in aedilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit, cum peracta proscriptione M. Lepidus in senatu excusasset praeterita et spem clementiae in posterum fecisset, quoniam satis poenarum exactum esset, hunc e diverso professum ita modum proscribendi statuisse ut omnia sibi reliquerit libera. In cuius tamen pertinaciae poenitentiam postea T. Vinium Philopoemenem, quod patronum suum proscriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate honoravit. In eadem hac potestate multiplici flagravit invidia. Nam et Pinarium equitem R. cum contionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quaedam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus coram confodi imperavit. Et Tedium Afrum consulem designatum quod factum quoddam suum maligno sermone carpsisset tantis conterruit minis ut is se praecipitaverit. Et Quintum Gallium praetorem in officio salutationis tabellas duplices veste tectas tenentem suspicatus gladium occulere nec quicquam statim ne aliud inveniretur ausus inquirere paulo post per centuriones et milites raptum e tribunali servilem in modum torsit ac fatentem nihil iussit occidi prius oculis eius sua manu effossis. Quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi coniectumque a se in custodiam. Tribuniciam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit et legum et morum regimen aeque perpetuum, quo iure quamquam sine censurae honore censum tamen populi ter egit, primum ac tertium cum collega, medium solus. De reddenda re publica bis cogitavit: primum post oppressum statim ab eo Antonium, memor obiectum sibi saepius quasi per ipsum staret ne redderetur; ac rursus taedio diuturnae valitudinis, cum etiam magistratibus ac senatu domum accitis rationarium imperii tradidit. Sed reputans et se privatum non sine periculo fore et illam plurium arbitrio temere committi, in retinenda perseveravit, dubium eventu meliore an voluntate. Quam voluntatem cum prae se identidem ferret, quondam etiam edicto his verbis testatus est: Ita mihi salvam ac sospitem rem p. sistere in sua sede liceat atque eius rei fructum percipere quem peto, ut optimi status auctor dicar et moriens ut feram mecum spem mansura in vestigio suo fundamenta rei p. quae iecero. Fecitque ipse se compotem voti nisus omni modo ne quem novi status poeniteret. Urbem neque pro maiestate imperii ornatam et inundationibus incendiisque obnoxiam adeo ut sit gloriatus marmoream

sese relinquere qua latericiam accepisset. tuta vero quantum provideri humana ratione potuit etiam in posterum praestitit. Publica opera plurima extruxit e quibus vel precipua forum cum aede Martis ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Iovis in Capitolio. fori extruendi causa fuit hominum et iudiciorum multitudo quae videbatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere. Itaque festinatius nec dum perfecta Martis aede publicatum est cautumque ut separatim in eo publica iudicia et sortitiones iudicum fierent. Aedem bello Marti philippensi pro ultione paterna suscepto voverat. sanxit ergo ut de bellis triumphisque hic consuleret senatus provinciasque cum imperio petituri hinc deducerentur. quique victores redissent huc insignia triumphorum conferrent. Templum Apollinis in ea parte palatinae domus excitavit quam fulmine ictam desiderari a deo aruspices pronunciarent. Addidit porticus cum bibliotheca latina graecaque quo loco iam senex saepe etiam senatum habuit decuriasque iudicum recognovit. Tonanti Iovi aedem consecravit liberatus periculo cum expeditione cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset servumque praelucentem exanimasset. Quaedam etiam opera sub nomine alieno nepotum scilicet et uxoris ac sororis fecit ut porticum basilicamque Gaii et Lucii, item porticus Liviae et Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed et ceteros principes viros saepe hortatus est ut pro facultate quisque monumentis vel novis vel refectis et excultis urbem adornarent. Multa que a multis tunc extructa sunt, sicut a M. Philippo aedes Herculis et musarum, a L. Cornificio aedes Dianae, ab Asinio Pollione atrium libertatis, a Munatio Planco aedes Saturni, a Cornelio Balbo theatrum, a Statilio Tauro amphitheatrum, a M. vero Agrippa complura egregia opera. Spatium urbis in regiones vicosque divisit instituitque ut illas annui magistratus sortito tuerentur. Hos magistri e plebe cuiusque vicinitatis lecti adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. Ad coercendas inundationes alveum Tiberis laxavit ac repurgavit completum olim ruderibus et aedificiorum prolaptionibus coartatum. Quo autem facilius undique urbis aditus esset desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras vetustate collapsas aut incendio absumptas refecit easque et ceteras opulentissimis donis adornavit ut qui in cellam Capitolini Iovis sedecim milia pondo auri gemmasque ac margaritas quingenties sestertium una donatione contulerit. Postquam vero pontificatum maximum quem numquam vivo Lepido auferre sustinuerat mortuo demum suscepit quicquid fatidicorum librorum graeci latinique generis nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur supra duo milia contracta undique cremavit ac solos retinuit Sibyllinos hos quoque delectu habito condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Annum a divo Iulio ordinatum sed postea neglegentia conturbatum atque confusum rursus ad pristinam rationem redegit. In cuius ordinatione Sextilem mensem e suo nomine nuncupavit magis quam septembrem quo erat natus quod hoc sibi et primus consulatus et insignes victoriae obtigissent. Sacerdotum et numerum et dignitatem sed et commoda auxit praecipue vestalium virginum. Cumque in demortuae locum aliam capi oporteret ambirentque multi ne filias in sortem darent adiuravit si cuiusquam neptium suarum competeret etas oblaturum se fuisse eam. Non nulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit ut salutis augurium, dialem flaminium, sacrum lupercale, ludos seculares et compitalicios. lupercalibus vetuit currere imberbes. item secularibus ludis iuvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. Compitales lares ornari bis anno instituit vernis floribus et aestivis. Proximum a diis immortalibus honorem memoriae ducum praestitit qui imperium populi romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque et opera cuiusque manentibus titulis restituit et statuas omnium triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicavit. Professus est edicto commentum id se ut ad illorum velud exemplar et ipse dum viveret et insequentium aetatum principes exigerentur a civibus. Pompei quoque statuam contra theatri eius regiam marmoreo iano superposuit translatam e curia in qua C. Caesar fuerat occisus. Pleraque pessimi exempli correxit quae in perniciem publicam aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverat aut

aut per pacem extiterant. Nam et grassa
torum plurimi palam se ferebant suc
cincti ferro quasi tuendi sui causa et rap
ti per agros viatores sine discrimine li
beri servique ergastulis possessorum supprime
bantur, et plurimae factiones titulo col
legii novi ad nullius non facinoris societatem
coibant. Igitur grassaturas dispositis per
oportuna loca stationibus inhibuit, ergastula
recognovit, collegia praeter antiqua
et legittima dissolvit. Tabulas veterum de
bitorum vel praecipuam calumniandi materiam ex
ussit. Loca in urbe publica iuris ambi
gui possessoribus adiudicavit. Diuturno
rum reorum et ex quorum sordibus nihil aliud quam
voluptas inimicis quaereretur nomina ab
olevit condicione posita ut si quem quis repe
tere vellet par periculum poenae subiret. Ne
quod autem maleficium negotiumve impunita
te vel mora laberetur triginta amplius
dies qui honorariis ludis occupabantur
actui rerum accommodavit. Ad tres iudicum
decurias quartam addidit ex inferiore censu
quae ducenariorum diceretur iudica
retque de levioribus summis. Iudices a
tricesimo aetatis anno adlegit, id est quin
quennio maturius quam solebant. Ac plerisque
iudicandi munus obtrectantibus vix con
cessit ut singulis decuriis per vices an
nua vacatio esset et ut solitae agi Novem
bri ac Decembri mense res omitterentur.
Ipse ius dixit assidue et in noctem nonnumquam
si parum corpore valeret lectica pro tri
bunali collocata vel etiam domi cubans.
Dixit autem ius non diligentia modo summa
sed et lenitate. Siquidem manifesti parri
cidii reum ne culleo insueretur quod non nisi con
fessi afficiuntur hac poena ita fertur inter
rogasse: Certe patrem tuum non occidisti? Et
cum de falso testamento ageretur omnes
que signatores lege Cornelia tenerentur
non tantum duas tabulas damnatoriam et
absolutoriam simul cognoscentibus dedit
sed tertiam quoque qua ignosceretur his quos
fraude ad signandum vel errore induc
tos constitisset. Appellationes quotannis
urbanorum quidem litigatorum praetori dele
gabat urbano, at provincialium consularibus
viris quos singulos cuiusque provinciae
negotiis praeposuisset. Leges retractavit et
quasdam ex integro sanxit, ut sumptuari
am et de adulteriis et de pudicitia, de ambitu,
de maritandis ordinibus. Hanc cum ali
quanto severius quam ceteras emendasset prae

tumultu recusantium perferre non potuit nisi
adempta demum lenitave parte poenarum
et vacatione triennii data auctisque praemiis.
Sic quoque abolitionem eius publico spectaculo
pertinaciter postulante equite, accitos Ger
manici liberos receptosque partim ad se
partim in patris gremium ostentavit, ma
nu vultuque significans ne gravarentur
imitari iuvenis exemplum. Cumque etiam inmatu
ritate sponsarum et matrimoniorum crebra
mutatione vim legis eludi sentiret, tem
pus sponsas habendi coartavit, divor
tiis modum imposuit. Senatorum affluentem
numerum deformi et incondita turba —
erant enim super mille, et quidam indignissi
mi et post necem Caesaris per gratiam et
praemium allecti, quos orcinos vulgus
vocabat — ad modum pristinum et splendorem
redegit duabus lectionibus: prima ipsorum
arbitratu, quo vir virum legit, secunda
suo et Agrippae; quo tempore existimatur lo
rica sub veste munitus ferroque cinctus
praesedisse decem valentissimis senatorii or
dinis amicis sellam suam circumstantibus.
Cordus Cremutius scribit ne admissum
tunc quemquam senatorum nisi solum et praetemptato sinu.
Quosdam ad excusandi se verecundiam compu
lit. Servavitque etiam excusantibus insigne
vestis et spectandi in orchestra epulandique
publice ius. Quo autem lecti probatique
et religiosius et minore molestia senato
ria munera fungerentur, sanxit ut prius
quam consideret quisque ture ac mero suppli
caret apud aram eius dei in cuius templo
coiret, et ne plus quam bis in mense legitimus
senatus ageretur, Kalendis et Idibus, neve Octobri
Septembrive mense ullos adesse alios necesse
esset quam sorte ductos, per quorum numerum de
creta confici possent. Sibique instituit consi
lia sortiri semenstria, cum quibus de negotiis
ad frequentem senatum referendis ante tra
ctaret. Sententias de maiore negotio non
more atque ordine sed prout libuisset per
rogabat, ut perinde quisque animum inten
deret ac si censendum magis quam assentiendum
esset. Auctor et aliarum rerum fuit, in quis:
ne acta senatus publicarentur, ne magi
stratus deposito honore statim in provin
cias mitterentur, ut proconsulibus ad mu
los et tabernacula quae publice locari
solebant certa pecunia constitueretur, ut
cura aerarii a quaestoribus urbanis
ad praetorios praetoresve transiret,
ut centumviralem hastam quam quaestura

functi consueverant cogere decem viri coge
rent. Quoque plures partem administrande
rei publice caperent nova officia excogitavit.
Curam operum publicorum viarum aquarum
alvei tiberis pro frumenti populo divi
dendi. prefecturam urbis triumviratum legen
di senatus. et alterum recognoscendi turmas
equitum quotiens opus esset. Censo
res creari desitos longo intervallo
creavit et numerum pretorum auxit.
Exegit etiam ut quotiens consulatus sibi da
retur binos per singulos collegas ha
beret et obtinuit reclamantibus cunctis
satis maiestatem eius imminui quod honore
eum non solus sed cum altero gereret. Nec par
cior in bellica virtute honoranda super tri
ginta ducibus iustos triumphos et aliquan
to pluribus triumphalia ornamenta decer
nenda curavit. Liberis senatorum quo
celerius rei publice assuescerent protinus vi
rilem togam latum clavum induere et
curie interesse permisit militiamque au
spicantibus non tribunatum modo le
gionum sed prefecturas alarum dedit. ac
ne quis expers castrorum esset binos ple
rumque lati clavios preposuit singulis
alis. Equitum turmas frequenter reco
gnovit post longam intercapedinem
reducto more transvectionis. sed neque
detrahi quemquam in transvehendo ab accu
satore passus est quod fieri solebat.
Et senio vel aliqua corporis labe in
signibus permisit premisso in ordine
equo ad respondendum quotiens citare
tur pedibus venire. mox reddendi equi
gratiam fecit eis qui maiores annorum
[illegible] quinque aut triginta eum retinere vel
lent. Impetratisque a senatu decem
adiutoribus unumquemque equitum ratio
nem vite reddere coegit. atque in expro
bratis alios pena alios ignominia no
tavit. plures admonitione sed varia
lenissimum genus admonitionis fuit
traditio coram pugillarium quos taci
ti et ibidem statim legerent. Notavit
que aliquos quod pecunias levioribus usuris
mutuati graviore fenore collocassent.
Ac comitiis tribuniciis si deessent can
didati senatores ex equitibus cre
avit ita ut potestate transacta in utro
vellent ordine manerent. Cum
autem plerique equitum attrito bellis civi
libus patrimonio spectare ludos e

xiiii non auderent metu pene theatra
lis pronuntiavit non teneri ea quibus
ipsis parentibusve equester census
umquam fuisset. Populi romani censum vica
tim egit. ac ne plebs frumentationum
causa frequentius a negotiis avoca
retur. ter in anno quaternorum mensium
tesseras dare destinavit. sed desideranti
consuetudinem veterem concessit rur
sus ut sui cuiusque mensis acciperet. Co
miciorum quoque pristinum ius reduxit ac mul
tiplici pena coercito ambitu fabianis
et scaptiensibus tribulibus suis die comi
tiorum ne quid a quoquam candidato deside
rarent singula milia nummum a se di
videbat. Magni preterea existimans
sincerum atque ab omni colluvione peregri
ni ac servilis sanguinis incorruptum
servare populum et civitates romanas
parcissime dedit. manumittendi mo
dum terminavit. Tiberio pro cliente gre
co petenti rescripsit non aliter se da
turum quam si presens sibi persuasisset
quam iustam petendi causam habe
ret. Et Livie pro quodam tributario
Gallo roganti civitatem negavit im
munitatem obtulit affirmans se facilius
passurum fisco detrahi aliquid quam civitatis
romane vulgari honorem. Servos
vos non contentus multis difficulta
tibus a servitute et multo pluribus
a libertate iusta removisse cum et de
numero et condicione ac differentia eorum
qui manumitterentur curiose cavisset hoc
quoque adiecit ne vinctus umquam tor
tusve quis ullo libertatis genere civi
tatem adipisceretur. Etiam habitum vesti
tumque pristinum reducere studuit. ac vi
sa quondam pro contione pullatorum
turba indignabundus et clamitans
En ait romanos rerum dominos gentemque
togatam. Negotium edilibus dedit
ne quem post hac paterentur in foro
circave nisi positis lacernis togatum
consistere. Liberalitatem omnibus or
dinibus per occasiones frequenter exhi
buit. Nam et invecta urbi alexandri
no triumpho regia gaza tantam copiam
nummarie rei effecit ut fenore demi
nuto plurimum agrorum preciis accessit.
Et postea quantotiens ex dampnatorum bo
nis pecunia superflueret usum eius
gratuitum his qui cavere in duplum possent

ad certum tempus indulsit. Senatorum
censum ampliauit et pro octingentorum
milium summa duodecies sestertium taxa
uit: suppleuitque non habentibus. Con
giaria populo frequenter dedit: sed
diuersae fere summae: modo quadrin
genos: modo trecenos: non unquam
ducenos quinquagenosque nummos
ac ne minores quidem pueros preteri
it quamuis non nisi ab undecimo aetatis
anno accipere consuessent. Frumen
tumque in annone difficultatibus sae
pe leuissimo interdum nullo precio
viritim admensus est. Tesserasque
nummarias duplicauit. Sed ut sa
lubrem magis quam ambitiosum
principem scires querentem de
inopia vini et caritate populum
seuerissima coherauit uoce: satis
prouisum a genero suo agrippa
perductis pluribus aquis: ne ho
mines sitirent. Eidem populo pro
missum quidem congiarium repo
scenti: bonae se fidei esse respondit
Non promissum autem flagi
tanti: turpitudinem et impude
ciam edicto exprobrauit: affirma
uitque non daturum se quamuis dare de
stinaret. Nec minore grauitate atque
constantia cum proposito congiario
multos manumissos insertosque
ciuium numero comperisset negauit
accepturos: quibus promissum non
esset. Ceterisque minus quam promise
rat dedit ut destinata summa suffi
ceret. Magna vero quondam ste
rilitate: ac difficili remedio cum
venalicias et lanistarum familia
as: peregrinosque omnes exceptis
medicis: et preceptoribus parti
mque seruitiorum urbe expulisset
ut tandem annona conualuit
impetum se cepisse scribit frumen
tationes publicas in perpetuum abo
lendi: quod earum fiducia cultura agro
rum cessaret: neque tamen perseuerasse
set quia certum haberet posse per ambi
tionem quandoque restitui. atque ita
post hanc rem temperauit ut non
minorem aratorum: ac negociantium
quam populi romani rationem dedu
ceret. Spectaculorum et assiduita
te et varietate et magnificentia

omnes antecessit. Fecisse se ludos
ait suo nomine quater. Pro aliis
magistratibus qui aut abessent
aut non sufficerent ter et uicies.
Fecitque etiam nonnunquam vicatim ac
pluribus scenis per omnium lingua
rum histriones: non in foro mo
do: nec in amphitheatro: sed etiam
in circo in septis et aliquando ni
hil preter venationem edidit.
Athletas quoque extructis in campo
marcio sedilibus ligneis. Item na
uale prelium circa tyberim caua
to solo in quo nunc caesarum nemus
est. Quibus diebus custodes in
urbe disposuit ne raritate rema
nentium grassatoribus obnoxia es
set. In circo aurigas cursoresque
et confectores ferarum et non un
quam nunquam ex nobilissima iuue
ntute produxit. Sed et troiae ludum
edidit frequentissime maiorum mi
norumque puerorum delectu prisci de
cori moris existimans clarae stir
pis indolem sic illa notescere. In
hoc ludo Nonium Asprenatem
lapsu debilitatum aureo torque do
nauit: passusque est ipsum posterosque
torquati ferre cognomen. Mox fi
nem fecit talia edendi Asinio
pollione oratore grauiter inui
diose que in curia questo Eserni
nepotis sui casum: qui et ipse
crus fregerat. Ad scenicas quoque
et gladiatorias operas et equiti
bus romanis aliquando usus est. ve
rum prius quam senatus consulto in
terdiceretur. Postea nihil sane pre
terquam adolescentulum lycium honeste
se natum exhibuit tantum ut ostende
ret quod erat bipedali minor libra
rum septem decim ac vocis immense.
Quodam autem muneris die partho
rum obsides tunc primum missos
per mediam arenam ad spectaculum
induxit: superque subsellio secun
do collocauit. Solebat etiam citra
spectaculorum dies si quando quid
inuisitatum dignumque cognitu ad
uectum esset id extra ordinem
quolibet loco publicare. ut rhi
nocerontem apud septa. tygrim
in scena anguem quinquaginta[...]

cubiculum
[struck through] pro conmas Accidit uoti
uis circensibus ut correptus ualitudi
ne lectica cubans tensas deduceret
Reruersus commissione ludorum quibus
theatrum marcelli dedicabat euenit
ut laxatis sellae curulis compagi
bus caderet supinus Nepotis quoque sui
uiri munere: quem consternatum rui
nae metu populum retinere et con
firmare nullo modo posset transijt
e loco suo: atque in ea parte consedit
que suspecta maxime erat Specta
di confusissimum ac solutissimum mo
rem correxit: ordinauitque motus in
iuria senatoris puteolis per celeber
rimos ludos consensu frequenti
nemo receperat Facto igitur de
creto patrum ut quotiens quid specta
culi usquam publice ederetur: primus
subselliorum ordo uacaret senatoribus
Rome legatos liberarum sociarumque
gentium uetuit in orchestra sedere: i.
considere Cum quosdam etiam libertini
generis mitti deprehendisset mili
tem secreuit a populo maritis e
plebe proprios ordines adsignauit
praetextatis cuneum suum et proximum
pedagogis sanxitque ne quis pulla
latorum media cauea sederet feminis
ne gladiatores quidem quos pro
miscue spectatori solenne olim erat
nisi ex superiore loco spectare con
cessit Solis vestalibus virginibus
locum in theatro separatum et cont
pretoris tribunal dedit Athleta
rum vero spectaculo muliebrem se
xum omenem adeo summovit ut pon
tificalibus ludis pugillum per po
stulatum distulerit in sequentis diei
matutinum tempus edixitque mulie
res ante horam quintam venire in the
atrum non placere Ipse Circenses
ex amicorum fere libertorumque cenacu
lis spectabat interdum ex pului
nari et quidem cum coniuge ac liberis
sedens Spectaculo plurimas horas
aliquando totos dies aderat petita ueni
a: commendatisque qui suam uicem
presidendo fungerentur Verum quo
tiens adesset nihil preterea age
bat: seu uitandi rumoris causa
quo patrem caesarem uulgo repre
hensum commemorabat quod inter
spectandum epistolis libellisque legen
dis aut rescribendis uacaret seu stu
dio spectandi ac uoluptate qua tene
ri se, neque dissimulauit umquam et sae
pe ingenue professus est Itaque corolla
ria et premia in alienis quoque mune
ribus ac ludis et crebra et grandia
de suo offerebat Nullique greco certa
mini interfuit quo non pro merito quem
que certantium honorarit Spectauit
autem studiosissime pugiles et
maxime latinos non legitimos:
atque ordinarios modo quos etiam co
mittere cum graecis solebat: sed et ca
teruarios oppidanos inter angu
stias uicorum pugnantes temere ac
sine arte Vniuersum denique genus
operas aliquas publico spectaculo
prebentium etiam cura sua dignatus
est Athletis et conseruauit priuilegia
et ampliauit gladiatores sine in
termissione edi prohibuit Coherci
ones in histriones magistratibus
omni tempore et loco lege uetere
permissas: ademit praeterquam ludos
et scenam: nec tamen eo minus
aut xisticorum certationes aut gla
diatorum pugnas seuerissime sem
per exegit Nam histrionum licentiam
am adeo compescuit ut Stephanio
nem togatarium: cui in puerilem ha
bitum circumtonsam matronem mini
strasse compererat: per trina thea
tra uirgis cesum relegauerit Hy
lam pantomimum querente preto
re in atrio domus suae nemine
excluso: flagellis uerberauit et phy
laden urbe urbe atque italia summoue
rit: quod spectatorem a quo exhilaraba
tur demonstrasset digito conspicuum
que fecisset Adhunc modum urbe ur
bansque rebus administratis Italiam
duo de triginta coloniarum numero de
ductarum ab se refrequentauit: ope
ribusque a uectigalibus publicis
plurifariam instruxit etiam iure ac
dedignatione urbi quodammodo pro
parte aliqua adaequauit excogitato
genere suffragiorum quae de magi
stratibus urbicis decuriones colonici
in sua quisque colonia ferrent et sub
die comitiorum obsignata roma mit
terentur ac nec ubi aut honestorum

desideret copia: aut multitudinis solo
lex equestrem militiam petentis etiam
ex commendatione publica cuiusque oppi
di ordinabat. At iis qui e plebe regio
nes sibi revisenti filios filiasve ad
probarent: singula nummorum milia
per singulos dividebat. Provincias
validiores: et quas annuis magistratu
um imperiis regi nec facile nec tutum
erat ipse suscepit. Ceteras pro consu
libus sortito permisit et tamen non mul
las commutavit. Interdum ex utroque ge
nere plerasque saepius adiit. Urbium
quasdam foederatas sed ad exitium vel ex
cessum licentia praecipites libertate pri
vavit. Alias aut aere alieno labo
rantes levavit aut terrae motibus sub
versas denuo condidit aut merita er
ga populum romanum allegantes latini
tate vel civitate donavit. Nec est ut
opinor provincia excepta dumtaxat
Affrica et Sardinia quam non adierit.
In has fugatos Sexto ex Pompeyo
traicere ex Sicilia apparentem conti
nuae et immodicae tempestates inhi
buerunt nec mox occasio aut causa
traiciendi fuit. Regnorum quibus bel
li iure potitus est praeter pauca aut his
dem quibus ademerat reddidit aut
alienigenis contribuit. Reges socios
etiam etiam inter semetipsos necessitu
dinibus mutuis iunxit: promptissimus
affinitatis cuiusque atque amicitiae con
ciliator et fautor. Nec aliter universos
quam membra partesque imperii cu
rae habuit. Rectorem quoque solitus
apponere aetate parvis: ac mente lap
sis donec adolescerent aut resipisce
rent ac plurimorum liberos et educa
vit simul cum suis et instituit. Classem
Miseni et alteram Ravennae ad tu
telam superi et inferi maris collo
cavit. Certum numerum in urbis par
tem partim in sui custodiam adle
git dimissa Calagurritanorum ma
nu quam usque ad devictum Antonium
item Germanorum quam usque ad cladem
Varianam inter armigeros circa se
habuerat. Neque tamen umquam plures quam
tres cohortes in urbe esse passus est
easque sine castris reliquas in hiber
na et aestiva circa finitima oppida
dimittere assueverat. Quidquid autem

ubicumque militum esset ad certam stipe
diorum praemiorumque formulam adstrin
xit: definitis pro gradu cuiusque et tem
poribus militiae et commodis missionum
ne aut aetate aut missione inopia post
sollicitari ad res novas possent: ut
quae perpetuo et sine difficultate sum
ptus ad tuendos eos prosequendosque
suppeteret aerarium militare cum vec
tigalibus novis constituit. Et quo ce
lerius ac sub manum annuntiari cogno
scique posset quid in provincia quaque
gereretur. Iuvenes primo modicis
intervallis per militares vias de
hinc vehicula disposuit. Commodius
id visum est ut qui a loco idem perferunt
litteras interrogari quoque si quid res
exigant possint. In diplomatibus li
bellisque et epistolis signandis initio
sphinge usus est, mox imagine ma
gni Alexandri novissime sua Dioscuri
dis manu sculpta qua signare insecu
ti quoque principes perseverarunt. Ad
epistolas omnes horarum quoque momenta
nec diei modo sed et noctis quibus datae sig
nificarentur addebat. Clementiae civilita
tisque eius multa et magna documen
ta sunt. Et ne enumerem quot et quos
diversarum partium veniam et incolumi
tate donatos principem etiam in civita
te locum tenere passus est. Iunium No
vatum et Cassium Patavinum e plebe ho
mines alterum pecunia alterum levi ex
ilio punire satis habuit. Cum ille Agri
ppae iuvenis nomine asperrimam de se
epistolam in vulgus edidisset, hic con
vivio pleno proclamasset neque votum
sibi neque animum deesse confodiendum
eum. Quadam vero cognitione cum Aemilio
Aeliano Cordubensi inter cetera crimi
na vel maxime obiceretur quod male
opinari de Caesare solebat conversus
ad accusatorem commotoque simul velim
inquit hoc michi probes faciam sci
at Aelianus et me linguam habere
plura enim de eo loquar: nec quicquam ul
tra aut statim aut postea inquisiit.
Tiberio quoque de eadem re sedulo vio
lentius apud se per epistolam conque
renti ita rescripsit. Aetati tuae mi
Tyberi noli in hac re indulgere et
nimium indignari quemquam esse qui
de me male loquatur. Satis est enim

si hoc habemus ne quis nobis ma
le facere possit. Templa quamvis sciret
etiam pro consulibus decerni solere in
nulla tamen provincia nisi communi suo
romaeque nomine recepit. Nam in ur
be quidem pertinacissime abstinuit hoc
honore atque etiam argenteas statu
as olim sibi positas conflavit omnes
ex quibus aureas cortinas apolli
ni palatino dedicavit. Dictaturam
magnam offerente populo genu nixus
vel iniecta ab humeris toga
nudo pectore deprecatus est. Domini
appellationem ut maledictum et obpro
brium semper exhorruit. Cum spectante
eo ludos pronunciatum esset in mimo
O dominum equum et bonum et universi quasi
de ipso dictum exultantes comprobassent
et statim manu vultuque indecoras
adulationes repressisset et insequen
ti die gravissimo corripuit edicto
dominumque se appellari ne a liberis quidem
aut nepotibus suis vel serio vel
ioco passus est. Atque huiusmodi bla
ndicias etiam inter ipsos prohibuit.
Non temere urbe oppidove ullo eg
ressus aut quoquam ingressus est nisi
vespera aut noctu ne quem officii causa
inquietaret. In consulatu pedibus
fere extra consulatum saepe adoper
ta sella per publicum incessit. Pro
miscuis salutationibus admittebat
et plebem tanta comitate adeuntium
desideria excipiens ut quendam
ioco corripuerit quod sic sibi libellum
porrigere dubitaret quasi elephanti
stipem. Die senatus numquam nisi pa
tres in curia salutavit et quidem
sedentes et nominatim singulos
nullo submonente et discedens eo
dem modo sedentibus valere dicebat.
Officia cum multis mutua exercu
it nec prius dies cuiusque sollemnes
frequentare desiit quam grandior iam
natu et in turba quondam sponsa
liorum die vexatus. Gallum cerinium
senatorem minus sibi familiarem
sed captum repente oculis et ob in
ediam mori destinantem praesens consola
ndo revocavit ad vitam. In senatu ver
ba facienti dictum est non intellexi et
ab alio contradicerem tibi si locum
haberem. Interdum ob immodicas
disceptantium altercationes e curia per iram
se proripienti quidam ingesserunt licere
oportere senatoribus de re publica loqui. Anti
stius Labeo senatus lectione cum virum
legeret M. Lepidum hostem olim eius et
tunc exulantem legit. Interrogatus
que ab eo an essent alii digniores suum
quemque iudicium habere respondit. Nec ideo
libertas aut contumacia fraudi cuiquam
fuit. Etiam sparsos de se in curia famo
sos libellos nec expavit et magna cu
ra redarguit ac ne requisitis quidem
auctoribus id modo censuit cognoscen
dum post hac de his qui libellos aut
carmina ad infamiam cuiuspiam sub
alieno nomine edant. Iocis quorundam quo
rundam invidiosis aut petulantibus la
cessitus contradixit edicto et tamen ne de
inhibenda testamentorum licentia sena
tus quicquam constitueret intercessit. Quo
tiens magistratuum comitiis interesset tri
bus cum candidatis suis circuibat suppli
cabatque more sollemni ferebat et ipse
suffragium in tribubus ut unus e populo.
Testem se in iudiciis et interrogari et
refelli aequissimo animo patiebatur. Forum an
gustius fecit non ausus extorquere
possessoribus proximas domos. Numquam
filios suos populo commendavit ut
non adiceret si merebuntur. Eisdem pre
textatis adhuc assurrectum ab universis
in theatro et a stantibus plausum gravissime
questus est. Amicos itaque magnos et
potentes in civitate esse voluit et ut
pari iure essent quo ceteri legibusque
iudiciariis aeque tenerentur. Cum As
prenas Nonius artius ei iunctus causa
veneficii accusante Cassio Severo di
ceret consuluit senatum quid officii sui
putaret. Cunctari enim se ne si superesset
eriperet legibus reum sin deesset destitue
re ac praedamnare amicum existimare
tur. Et consentientibus universis sedit
in subselliis per aliquot horas verum ta
citus et ne laudatione quidem iudiciali
data. Adfuit et clientibus sicut Scutario
cuidam evocato quondam suo qui postula
batur iniuriarum. Unum omnino e reorum nume
ro ac ne eum quidem nisi precibus eripuit
exorato coram iudicibus accusatore Ca
stricium per quem de coniuratione Mu
renae cognoverat. Pro quibus meri
tis quantopere dilectus sit facile est

estimare omitto senatusconsulta que possunt videri vel necessitate expressa vel verecundia. Equites ro. natalem eius sponte atque consensu biduo semper celebrarunt. Omnes ordines in lacum curtium quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebant. Item kl. Ianuarii strenam in capitolio etiam absenti. Ex qua summa pretiosissima deorum simulacra mercatus vicatim dedicabat ut Apollinem sandaliarium et Iovem tragoedum aliaque. In restitutione domus palatinae incendio absumptae veterani decuriae tribus atque etiam singillatim e cetero genere hominum libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt delibante tantummodo eo summarum acervos neque ex quoquam plus denario auferente. Revertentem ex provincia non solum faustis ominibus sed et modulatis carminibus persequebantur. Observatum est etiam ne quotiens introiret urbem supplicium de quoquam sumeretur.

Patris patriae cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt ei. Prima plebs legatione Anthium missa. Deinde quia non recipiebat ineunti Romae spectacula frequens et laureata. Mox in curia senatus neque decreto neque acclamatione sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis. Quod bonum inquit faustumque tibi sit domuique tuae Caesar Auguste. Sic enim nos perpetuam felicitatem rei publice et laeta huic precari existimamus. Senatus te consentiens cum populo ro. consalutat patriae patrem. Cui lacrimans respondit Augustus his verbis ipsa sicut Messala posui. Compos factus votorum meorum patres conscripti quid habeo aliud deos immortales precari quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitae finem mihi perferre liceat.

Medico Antonio Musae cuius opera ex ancipiti morbo convaluerat statuam aere collato iuxta signum Aesculapii statuerunt. Nonnulli patrum familiarum testamento caverunt ut ab heredibus suis prelato titulo victimae in capitolium ducerentur votumque pro se solveretur quod superstitem Augustum reliquissent. Quedam Italiae civitates diem quo primum ad se venisset initium anni fecerunt. Provinciarum pleraeque super templa et aras ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt.

Reges amici atque socii et singuli in suo quisque regno Caesareas urbes condiderunt. Et cuncti simul aedem Iovis olimpii Athenis antiquitus inchoatam perficere communi sumptu destinaverunt Genioque eius dedicare. Ac saepe regnis relictis non Romae modo sed et provincias peragranti quottidiana officia togati ac sine regio insigni more clientum prestiterunt.

Matrem amisit in primo consulatu. Sororem Octaviam quinquagesimum et quartum agens aetatis annum. Utrique cum praecipua officia vivae prestitisset etiam defunctae honores maximos tribuit. Sponsam habuerat adolescens P. Servilii Isaurici filiam. Sed reconciliato post primam discordiam Antonio expostulantibus utriusque militibus ut et necessitudine aliqua iungerentur privignam eius Claudiam Fulviae ex P. Clodio filiam duxit uxorem vixdum nubilem. Ac simultate cum Fulvia socru orta dimisit intactam adhuc et virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit nuptam ante duobus consularibus ex altera etiam matrem. Cum hac quoque divortium fecit pertesus ut scribit morum perversitatem eius. Ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis et quidem pregnantem abduxit dilexitque et probavit unice et perseveranter. Ex Scribonia Iuliam ex Livia nihil liberorum tulit cum maxime cuperet. Infans qui conceptus erat immaturus est editus. Iuliam primum Marcello Octaviae sororis suae filio tantum pueritiam egresso. Deinde ut is obiit M.

Agrippae impetrata sorore ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat et ex ea liberos. Hoc quoque defuncto multis ac diu etiam ex equestri ordine circumspectis condicionibus Tiberium privignum suum elegit coegitque pregnantem uxorem et ex qua iam pater erat dimittere. M. Antonius scribit primum eum Antonio filio suo despondisse Iuliam filiam, deinde Cosmigetarum regi, quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petisset.

Nepotes ex Agrippa et Iulia tres habuit C. et L. et Agrippam, neptes duas Iuliam et Agrippinam. Iuliam L. Paulo censoris filio, Agrippinam Germanico sororis suae nepoti collocavit. Gaium et Lucium adoptavit domi per assem et libram emptos a patre Agrippa, tenerosque adhuc ad curam reip. admovit et consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam et neptes ita instituit ut etiam lanificio assuefaceret vetaretque loqui aut agere quicquam nisi propalam et quod in diurnos commentarios referret. Extraneorum quidem coetum adeo prohibuit ut L. Vinicio claro decoroque iuveni scripserit quondam parum modeste fecisse eum ut filiam suam Baias salutatum venisset. Nepotes et litteras et natare aliaque rudimenta per se plerumque docuit ac nihil eque elaboravit quam ut imitarentur cyrographum suum. Neque cenavit una nisi ut in uno lecto assiderent, neque iter fecit nisi ut vehicula anteirent aut circa adequitarent.

Sed laetum atque fidentem et subole et disciplina domus fortuna destituit. Iulias filiam et neptem omnibus probris contaminatas relegavit. Gaium et Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos, Gaio in Licia, Lucio Massiliae defunctis. Tertium nepotem Agrippam simulque privignum Tiberium adoptavit in foro lege curiata. Ex quibus Agrippam brevi ob ingenium sordidum ac ferox abdicavit seposuitque Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem quam dedecora suorum tulit. Nam Gaii Lucique casu non adeo fractus, de filia absens ac libello per questorem recitato notum senatui fecit abstinuitque congressu hominum diu pre pudore, etiam de necanda deliberavit. Certe quom sub idem tempus una ex consciis liberta Phebe suspendio vitam finisset, maluisse se ait Phebes patrem fuisse. Relegatae usum vini omnemque delicatiorem cultum ademit, neque adiri a quoque libero servoque nisi se consulto permisit, et ita ut certior fieret qua is etate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula in continentem lenioribusque paulo condicionibus transtulit eam. Nam ut omnino revocaret exorari nullo modo potuit, deprecanti saepe populo Ro. et pertinacius instanti tales filias talesque coniuges pro contione imprecatus. Ex nepte Iulia post damnationem editum infantem ad cognosci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in insulam transportavit sepsitque insuper custodia militum. Cavit etiam S. C. ut eodem loci in perpetuum contineretur. Atque ad omnem et eius Iuliarum mentionem ingemiscens proclamare etiam solebat

Nec aliter eos appellare quam tres vomicas ac tria carcinomata sua. Amicitias neque facile admisit et constantissime retinuit, non tantum virtutes ac merita cuiusque digne prosecutus sed vitia quoque et delicta dumtaxat modica perpessus. Neque enim temere ex omni numero in amicitia eius afflicti reperientur praeter Salvidienum Rufum quem ad consulatum usque et Cornelium Gallum quem ad praefecturam Aegypti ex infima utrumque fortuna provexerat. Quorum alterum res novas molientem dampnandum senatui tradidit, alteri ob ingratum et malivolum animum domo et provinciis suis interdixit. Sed Gallo quoque et accusatorum denuntiationibus et senatus consultis ad necem compulso laudavit quidem pietatem

quantopere pro se indignarentur. Cete
rum et illacrimavit vice sua conquestus
est quod sibi soli non liceret amicis quatenus
vellet irasci. Reliqui potentia atque
opibus ad finem vite sue quisque ordi
nis principes floruerunt quamquam et of
fensis intervenientibus desideravit
enim non magis ne plura de pluribus referam
et M. Agrippae patientiam et Mecena
tis taciturnitatem et ille ex levi ri
goris suspicione et quod Marcellus si
bi anteferretur Mitilenas se relictis
omnibus contulisset et hic secretum compe
rte Murenae coniurationis uxori Te
rentiae prodidisset. Exegit et ipse
invicem ab amicis benivolentiam mu
tuam tam a defunctis quam a vivis. Nam
quamvis minime appeteret hereditates
ut qui numquam ex ignoti testamento
capere quicquam sustinuerit amicorum
tamen suprema iudicia morosissime pe
nsitavit. Neque dolore dissimulato si par
cius aut citra honorem verborum neque
gaudio si grate pieque quis se prose
cutus fuisset legata vel partes here
ditatum a quibuscumque parentibus
relicta sibi aut statim liberis eorum
concedere aut si pupillari aetate
essent die virilis togae vel nup
tiarum cum incremento restituere consue
verat. Patronus dominusque non magis
severus quam facilis et clemens mul
tos libertorum in honore et usu ma
ximo habuit ut Licinium Enceladum
aliosque. Cosmum servum gravissime
de se opinantem non ultra quam compedi
bus coercuit. Diomedem dispensa
torem a quo simul ambulante
incurrenti repente fero apro per
metum obiectus est maluit timida
tis arguere quam noxae et rem non mi
nimi periculi quia tamen fraus non adfue
rat in iocum vertit. Idem Polum gratissi
mum libertorum mori coegit quod com
pertum adulterare matronas. Thal
lo a manu quod pro epistula prodita de
narios quingentos accepisset crura
fregit. Paedagogum ministrosque C. fili
per occasionem valitudinis mortis
que eius superbe avareque in provin
cia grassatos oneratos gravi ponde
re cervicibus praecipitavit in flumen.
Prima iuventa variorum dedecorum
infamiam subiit. Sextus Pompeius
ut effeminatum insectatus est. M. An
tonius adoptionem avunculi stupro
meritum. Item L. Marcus frater quasi pu
dicitiam delibatam a Caesare Au
lo etiam Hirtio in Hispania trecentis mi
libus nummum substraverit, solitusque sit
crura suburere nuce ardenti quo mol
lior pilus exsurgeret. Sed et populus
quondam universus ludorum die et ac
cepit in contumeliam eius et assensu
maximo comprobavit versum in sce
na pronuntiatum de Gallo matris deum
tympanizante: Videsne ut cinaedus or
bem digito temperat? Adulteria qui
dem exercuisse ne amici quidem ne
gant excusantes sane non libidine
sed ratione commissa quo facilius con
silia adversariorum per cuiusque mu
lieres exquireret. M. Antonius super
festinatas Liviae nuptias obiecit
et feminam consularem e triclinio viri
coram in cubiculum abductam, rursus
in convivium rubentibus auriculis in com
piore capillo reductam et dimissam
Scriboniam quia liberius doluisset
nimiam potentiam pellicis. Et condi
ciones quaesitas per amicos qui ma
tresfamilias et adultas aetate vir
gines denudarent atque perspicerent
tamquam Toranio mangone vendente. Scri
bit etiam ad ipsum haec familiariter ad
huc nec dum plane inimicus aut ho
stis: Quid te mutavit quod reginam ineo?
uxor mea est. Nunc coepi an abhinc
annos novem. Tu deinde solam Dru
sillam inis? Ita valeas uti tu hanc
epistolam cum leges non inie
ris Tertullam aut Terentillam aut
Rufillam aut Salviam aut Titi
seniam aut omnes. An refert ubi
et in qua arrigas? Cena quoque eius secre
tior in fabulis fuit quae vulgo
        vocabatur. In qua deorum dearumque
habitu discubuisse convivas et ipsum pro Apol
line ornatum non Antonii modo epi
stolae singulorum nomina amarissime
enumerantis exprobrant sed et
sine auctore notissimi versus: Cum primum
istorum conduxit mensa choragum, sex
que deos vidit Mallia sexque deas, impia
dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
dum nova divorum cenat adulteria

omnia se a terris tunc numina declinarent
Fugit et auratos Iupiter ipse thro
nos. Auxit cenae rumorem summa tunc
in civitate penuria ac fames acclama
tumque est postridie omne frumentum
deos comedisse et Caesarem esse pla
ne Apollinem sed tortorem quo cogno
mine is deus quadam in parte urbis
colebatur. Notatus est et ut precio
sae supellectilis thorinthiorumque preci
dibus et aleae indulgens. Nam et
proscriptionis tempore ad statuam eius
adscriptum est pater argentarius ego
thorinthiarius cum existimaretur quos
dam propter vasa thorinthia inter pro
scriptos curasse referendos. Et inde
bello Siciliensi epigramma vulgatum est
Postquam bis classe victus naves per
didit aliquando ut vincat ludit as
sidue aleam. Ex quibus sive criminibus
sive maledictis infamiam impudi
citiae facillime refutavit et praesentis
et posterae vitae castitate. Item lau
titiarum invidiam cum et Alexan
dria capta nihil sibi praeter unum
murrinum calicem ex instrumento
regio retinuerit et mox vasa aurea
assiduissimi usus conflaverit omnia.
Circa libidines haesit. Postea quo
que ut ferunt ad vitiandas virgines
promptior quae sibi undique etiam ab
uxore conquirerentur. Aleae rumorem
nullo modo expavit lusitque sim
pliciter et palam oblectamenti cau
sa etiam senex et praeterquam decembri
mense aliis quoque festis et profestis
diebus. Nec dubium autographa qua
dam epistula. Cenavi ait mi Tiberi
cum isdem accesserunt convivae Vini
cius et Silius et pater. Inter cenam
lusimus gerontikos et heri et hodie
talis enim iactatis ut quisque canem aut
senionem miserat in singulos
talos singulos denarios in me
dium conferebat quos tollebat uni
versos qui venerem iactaverat. Et rur
sus aliis litteris. Nos mi Tiberi
quinquatrus satis iocunde egimus
lusimus enim per omnes dies forum
que aleatorium calfecimus. Frater
tuus magnis clamoribus rem ges
sit ad summam tamen perdidit non mul
tum sed ex magnis detrimentis
praeter spem paulatim retractus est.
Ego perdidi viginti milia nummum
meo nomine si quom effuse in
lusu liberalis fuissem ut soleo ple
rumque. Nam si quas manus remisi
cuique exegissem aut retinuissem
quod cuique donavi vicissem vel quin
quaginta milia. Sed hoc malo. Benigni
tas enim mea me ad celestem gloriam
efferet. Scribit ad filiam. Misi tibi
denarios ducentos quinquaginta
quos singulis convivis dederam
si vellent inter se inter cenam vel
talis vel par impar ludere. In
ceteris partibus vitae continentissimum
constat ac sine suspicione ullius
vitii. Habitavit primo iuxta Roma
num forum supra scalas anula
rias in domo quae Calvi oratoris
fuerat. Postea in palatio sed nihi
lominus aedibus modicis Hortensia
nis et neque laxitate neque cultu conspi
cuis et in quibusdam porticus breves
essent Albanarum columnarum ac sine
marmore ullo aut insigni pavimen
to conclavia. Ac per annos xl eodem
cubiculo hyeme et aestate mansit
quamvis parum salubrem valitudini
suae urbem hyeme experiretur as
sidueque extra urbem hiemaret. Si
quando quid secreto aut sine inter
pellatione agere proposuisset erat
illi locus in edito singularis quem
Syracusas et technophion vocabat
huc transibat aut in alicuius liber
torum suburbanum aeger autem in do
mo Mecenatis cubabat. Ex secessibus
praecipue frequentavit maritima
insulasque Campaniae aut proxima
urbi oppida Lanuvium Praeneste
Tybur ubi etiam in porticibus Her
culis templi persaepe ius dixit.
Ampla operosa pretoria gravaba
batur. Et neptis quidem suae Iuliae
profuse ab ea extructa etiam diruit
ad solum. Sua vero quamvis modica
non tam statuarum tabularumque pic
tarum ornatu quam xistis et nemoribus
excoluit rebusque vetustate ac ra
ritate notabilibus qualia sunt Capre
is immanium beluarum ferarumque mem
bra pregrandia quae dicuntur gigan
tum ossa et arma heroum. In instrumenti

eius et supellectilis persimonia appa
ret etiam nunc residuis lectis atque
mensis quarum pleraque vix privatae ele
gantiae sunt. Ne thoro quidem cubuisse
se aiunt nisi humili et modico in-
strato. Veste non temere alia quam do
mestica usus est ab sorore et uxore
et filia neptibusque confecta. Togis
neque restrictis neque fusis clavo nec
lato nec angusto. Calciamentis alti
usculis ut procerior quam erat videre
tur. Et forensia autem et calceos numquam
nisi intra cubiculum habuit ad subi
tos repentinosque casus parata.
Convivabatur assidue nec umquam in
recta non sine magno ordinum homi-
numque delectu. Valerius Messalla tra
dit neminem umquam libertinorum ad
hibitum ab eo coenae excepto Mena
sed asserto in ingenuitatem. Post
proditam Sexti Pompeii classem
ipse scribit invitasse se quendam in cu-
ius villa maneret qui speculator
quondam suus fuisset. Convivia non
numquam et serius inibat et maturius
relinquebat quoniam convivare et coe
nare inciperent prius quam ille discum
beret et permaneret digresso eo.
Coenam ternis ferculis aut quoniam
abundantissime senis prebebat ut
non nimio sumptu ita summa comi
tate. Nam et ad communionem sermonis
tacentes vel summissim fabulantes
provocabat et aut acroamata et histri
ones aut etiam triviales ex circo lu-
dos interponebat ac frequentius are
talogos. Festos et sollemnes dies
profusissime non numquam tantum ioculariter
celebrabat. Saturnalibus et si quan-
do alias libuisset modo munera
dividebat vestem et aurum et argen
tum modo nummos omnis notae etiam ve
teres regios ac peregrinos inter
dum nihil praeter cilicia et spon-
gias et rutabula et forpices atque
alia id genus titulis obscuris et am
biguis solet et inaequalissimarum
rerum sortes et aversas tabularum
picturas in convivio venditare in-
certoque casu spem mercantium vel fru
strari vel explere ita ut per sin
gulos lectos licitatio fieret et seu
iactura seu lucrum communicaretur.

Cibi nam ne haec quidem omiserim
minimi erat atque vulgaris fere.
Secundarium panem et pisciculos mi
nutos et caseum bubulum manu pres
sum et ficus virides biferas ma
xime appetebat. Vescebatur et
ante coenam quocumque tempore quo
loco quo stomachus desiderasset.
Verba ipsius ex epistulis sunt. Nos in
essedo panem et palmulas gu
stavimus. Et iterum dum lectica ex regia
domum redeo panis unciam cum paucis
acinis uvae duracinae comedi.
Et rursus ne Iudaeus quidem mi
Tiberi tam diligenter sabbatis ie
iunium servat quam ego hodie servavi
qui in balneo demum post horam primam
noctis duas buccas manducavi prius
quam ungi inciperem. Ex hac inob
servantia non numquam vel ante ini
tum vel post dimissum convivium solus
coenitabat cum pleno convivio nihil
tangeret. Vini quoque natura par
cissimus erat. Non amplius cum
bibere solitum super coenam in castris
apud Mutinam Cornelius Nepos
tradit. Postea quotiens largissime
se invitaret senos sextantes non ex
cessit aut si excessisset reiciebat et
maxime delectatus est Raetico. Nec
temere inter diem bibit. Pro potione
sumebat perfusum aqua fri
gida panem aut cucumeris frustum
vel lactuculam et hysium aut re
cens aridumve pomum suci vinosi-
oris. Post cibum meridianum ita
ut vestitus calciatusque erat retectis
pedibus paulisper conquiescebat op
posita ad oculos manu. A coena
in lecticulam lucubratoriam se re
cipiebat. Ibi donec residua diurni
in actus aut omnia aut ex maxima
parte conficeret ad multam noctem per
manebat. In lectum inde transgres-
sus non amplius quam plurimum
quam septem horis dormiebat ac ne eas
quidem continuas sed in illo temporis
spacio ter aut quater expergiscere-
tur. Si interruptum somnum recupe
rare ut evenit non posset lectoribus
aut fabulatoribus arcessitis resume
bat. Producebat quoque ultra primam
saepe lucem. Nec in tenebris vigi

lauit umqz nisi assidente aliquo matu
tina vigilia offendebat at si vel offi
cii vel sacri causa maturius vigila
du esset ne id contra comodu faceret
in proximo cuiuscumqz domesticoru ce
naculo manebat. Sic qz sepe indigens
somni et du per vicos deportaretur
et deposita lectica inter aliquas mo
ras condormiebat. Forma fuit exi
mia et per omes etatis gradus ve
nustissima quamqz et omes lenocinii
negligens et in capite comendati incu
riosus et raptis simul compluribus to
soribus operam daret ac modo tonde
ret modo raderet barbam eo qz ipso
tpe aut legeret aliquid aut etiam scri
beret. Vultu erat vel in sermone vel
tacitus adeo tranquillo sereno qz ut
quidem e primoribus Galliaru confes
sus sit inter suos eo se inhibitum
ac remollitum quominus ut destinarat
in transitu alpium per simulatione col
loqui propius admissus in precipitiu
propelleret. Oculos habuit claros
ac nitidos quibus etiam existimari vo
lebat inesse quidem divini vigoris.
Gaudebat si quid sibi acrius contuenti
quasi ad fulgorem solis vultu summit
teret sed in senecta sinistro minus
vidit. Dentes raros exiguos et sca
bros. Capillu leviter inflexu et sub
flavum. Supercilia coniuncta. Medio
cres aures. Nasu a summo eminentio
rem et ab imo deductiorem. Colore
inter aquilu candidu qz. Statura
brevem. Quam tamen Iulius Maratus
libertus eius in memoriam eius quinqz
pedu et dodrantis fuisse tradit sed
quae comoditate et equitate me
brorum occularet ut no nisi ex co
paratione adstantis alicuius procerio
ris intelligi posset. Corpore tra
ditur maculoso dispersis per pectus
atqz alvum genitivis notis in mo
du et ordinem ac numeru stellarum
celestis ursae. Sed et callis quibus
da ex prurigine corporis assiduo
qz et vehementi strigilis usu plu
rifariam concretis ad impetiginis
formam. Coxa indice et femore et cru
re sinistro no perinde valebat ut
saepe etiam inde claudicaret sed reme
dio harenarum atqz harundinum

confirmabat. Dextrae qz manus digi
tu salutare tam imbecillu interdu
sentiebat ut torpente contractu qz fri
gore vix cornei circuli supplemento
scripturae admoveretur. Quaesitus
est et de vesica cuius dolore calculis
demu per urinam eiectis allevia
batur. Graves et periculosas va
litudines per omne vita aliquot ex
pertus est praecipue Cantabria domi
ta cum etiam distillationibus iocinere
vitiato ad desperationem redactus
contrariam et ancipitem rationem
medendi necessario subiit. Quia ca
lida fomenta non proderant fri
gidis curari coactus auctore Antonio
Musa quasdam et anniversarias ac tpe
certo recurrentes experiebat. Nam sub
natalem suum plerumqz languebat
et initio veris praecordiorum inflatio
ne tentabat. Austrinis autem tem
pestatibus gravedine. Quare quas
sato corpore neqz frigora neqz ae
stus facile tolerabat. Hyeme qua
ternis cum pingui toga tunicis et
subucula thorace laneo et femora
libus et tibialibus muniebatur.
Aestate apertis cubiculi foribus ac
saepe in pistilo saliente aqua atqz
etiam ventillante aliquo cubabat. So
lis quidem ne hiberni patiens domi
quoqz no nisi petasatus sub divo
spaciabat. Itinera lectica et nocti
bus fere eaqz lenta et minuta fa
ciebat ut pal praeneste vel tiburi
biduo procederet. Ac si quo pervenire
re per mari posset potius navigabat.
Verum tm infirmitate magna cura
tuebatur in primis lavandi raritate.
Ungebatur enim saepius aut sudabat
ad flamam deinde perfundebatur egeli
da aqua vel sole multo tepefacta.
At quotiens nervoru causa mari
nis albulis qz calidis utendu esset
contentus hoc erat ut insidens li
gneo solio quod ipse hyspanico ver
bo duretum vocabat manus ac pe
des alternis iactaret. Exercitationes
campestres equorum et armorum stati
post civilia bella omisit et ad pila
primo folliculu qz transiit. Mox ni
hil aliud qz vectabat et deambu
labat ita ut in extremis spatiis

subsultim decurreret isce terno vel lodicula involutus. Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabiles undique conquirebat, praecipue Mauros et Syros. Nam pumilos atque distortos et omnes generis eiusdem ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat. Eloquentiam studiaque liberalia ab etate prima et cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum et legisse et scripsisse ac declamasse quottidie traditur. Nam deinceps neque in senatu neque apud populum neque apud milites locutus est umquam nisi meditata et composita oratione, nec eius non deficeret ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriae adiret aut in ediscendo tempus assumeret, instituit recitare omnia. Sermones quoque cum singulis atque etiam cum Livia sua graviores non nisi inscriptos et e libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. Pronuntiabat et proprio quodam dulci oris sono dabatque assidue phanasco operam, sed non umquam infirmatis faucibus preconis voce ad populum contionatus est. Multa varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium velut in auditorio recitavit, sicut Rescripta Bruto de Catone, que volumina cum iam senior ex magna parte legisset, fatigatus Tyberio tradidit perlegenda. Item Hortationes ad philozophiam et aliqua de vita sua, quam tredecim libris Cantabrico tenus bello nec ultra exposuit. Poetica summatim attigit. Unus liber extat scriptus ab eo exametris versibus, cuius et argumentum et titulus est Sicilia. Extat alter aeque modicus epygramatum, quae fere tempore balnei meditabatur. Nam tragoediam magno impetu exorsus, non succedenti stilo abolevit, querentibusque amicis quidnam Aiax ageret, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse. Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum vitatis sententiarum ineptiis atque concinnitate et reconditorum verborum, ut ipse dicit, fetoribus; praecipuamque curam duxit sensum animi quam apertissime exprimere. Quod quo facilius efficeret aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque prepositiones verbis addere neque coniunctiones sepius iterare dubitavit, que detracte afferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent. Cacozelos et antiquarios ut diverso genere vitiosos pari fastidio sprevit. Exagitabatque non numquam in primis Mecenatem suum, cuius myrethochis, ut ait, cincinnos usque quaque persequitur et imitando per iocum irridet. Sed nec Tyberio parcit et exoletas interdum et reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem que mirentur homines potius quam intelligant. Deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius addidit haec: Tuque dubitas Cimber ne Annius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi, ut tibi ita ut verbis quae Crispus excerpsit ex originibus Catonis utaris, an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda. Et quadam epistola Agrippinae neptis ingenium collaudans: Sed opus est, inquit, te dare operam ne moleste scribas et loquaris. Quottidiano sermone quedam frequentius et notabiliter usurpasse eum litterae ipsius autographe ostentant, in quibus identidem cum aliquos numquam soluturos significare vult, ad Kalendas Grecas soluturos ait; et cum hortatur ferenda esse presentia qualiacumque sint, contenti simus hoc Catone; ad exprimendam festinate rei velocitatem, celerius quam asparagi coquuntur. Ponit assidue et pro stulto baccolum, apud pullum pulleiaceum et pro territo vacernosum et vapide se habere pro male et betisare pro languere, quod vulgo lachanisare dicitur. Item simus pro sumus et domos

genitiuo casu singulari pro domus
Nec umquam aliter haec duo ne quis
mendam magis quam consuetudinem
putet. Notaui etiam in cirographo eius
illa precipue non diuidere uerba nec
ab extrema parte uersuum abundantes
litteras in alterum transfert sed ibidem
statim subicit circumducitque. Ortho
graphiam idest formulam rationem
que scribendi a gramaticis institutam
non adeo custodit ac uidetur co
rruptionis sequi custodiam opinionem
qui perinde scribendum ac loquatur
existiment. Nam quod saepe non litte
ras modo sed sillabas aut permutat
ut plerisque communis hominum error est. Nec
ego id notarem nisi michi mirum ui
deretur tradidisse aliquos legato eum
consulari successorem dedisse ut rudi
et indocto cuius manu ixi pro ip
si scriptum animaduertit. Quotiens
autem per notas scribit b pro a
c pro b ac deinceps sequentes lit
teras ponit pro x autem duplex
a. Ne grecarum quidem disciplinarum
leuiore studio tenebatur. In quibus
et ipsis prestabat largiter magi
stro dicendi usus apollodoro per
gameno quem iam grandem natu appol
loniam quoque secum ab urbe iuuenis
adhuc eduxerat. Deinde eruditione
etiam uaria repletus ar philosophi
filiorumque eius dionisii et nichano
ris contubernium non tamen aut
ut loqueretur expedite aut compone
re aliquid auderet. Nam et si quid
res exigeret latine formabat uer
tendumque alii dabat sed plane quo
que poematum non imperitus. Delectaba
tur etiam comedia ueteri et sepe eam
exhibuit spectaculis publicis in e
uoluendis utriusque lingue auctoribus
nihil aeque sectabatur quam precepta
et exempla publice uel priuatim
salubria eaque ad uerbum excerpta aut
ad domesticos aut ad exercituum prouinci
arumque rectores aut ad urbis magi
stratus plerumque mittebat prout quique
monitione indigerent. Etiam li
bros totos et senatui recitauit et
populo notos per edictum sepe fecit
ut orationes metelli de prole au
genda et Rutilii de modo edificiorum

quo magis persuaderet utriusque rei non a
se primo animaduersa sed antiquis
iam tunc cure fuisse. Ingenia seculi sui
omnibus modis fouit. Recitantes et beni
gne et patienter audiuit non tantum car
mina et hystorias sed et orationes et dia
logos. Componi tamen aliquid de se nisi
et serio et a prestantissimis offendebatur
admonebatque praetores ne paterentur
nomen suum commissionibus obsolefieri.
Circa religiones tales accepimus. Tonitrua
et fulgura paulo infirmius expauesce
bat ut semper et ubique pellem uituli
marini circumferret pro remedio atque ad
omnem maioris tempestatis suspicionem
in abditum et concameratum locum se recipe
ret consternatus olim per nocturnum
iter transcursu fulguris ut prediximus.
Somnia neque sua neque aliena de se
neglegebat. Philippensi acie quamuis statuis
set non egredi tabernaculo propter ua
litudinem egressus est tamen amici somnio
monitus cessitque res prospere. Quando
captis castris lectica eius quasi ibi cu
bans remansisset concursu hostium con
fossa atque lacerata. Ipse per omne uer
plurima et formidolosissima et uana et
irrita uidebat. Reliquo tempore rario
ra et minus uana. Cum dedicatam in ca
pitolio aedem tonanti Ioui assidue fre
quentaret somniauit queri capitoli
num Iouem cultores sibi abduci seque res
pondisse tonantem pro ianitore ei appo
situm ideoque mox tintinabulis fastigium
aedis redimiit quod ea uere ianuis depen
debant. Ex nocturno uisu etiam stipem
quotannis die certo emendicabat a populo
cauam manum asses porrigentibus pre
bens. Auspicia et omina quedam pro cer
tissimis obseruabat. Si mane calceus
sibi perperam ac sinister pro dextro in
duceretur ut dirum si terra mari ue
ingrediente se longinquam profecti
onem forte rorasset ut letum ma
turique et prosperi reditus. Sed et oste
ntis precipue mouebatur. Enatam inter
iuncturas lapidum ante domum suam
palmam in compluuium deorum pena
tium transtulit ut que coalesceret ma
gnopere curauit. Apud insulam ca
preas ueterrime ilicis demissos iam
ad terram languentes que ramos
conualuisse aduentu suo adeo letatus

est: ut eas ob rem neapolitanorum per
mutaverint aenaria clata Obser
vabat et dies quosdam ne aut postri
die nundinas quoque proficisceretur aut
nonis quicquam rei serie inchoaret nihil
in hoc quidem aliud devitans ut ad
Tiberium scribit
nominis Peregrinarum cerimonia
rum sicut veteres ac preceptas reveren
tissime coluit Ita cetera contemptui
habuit Namque Athenis initiatus cum
postea rome pro tribunali de privi
legio sacerdotum atticae Cereris co
gnosceret et quaedam secretiora pro
ponerentur dimisso consilio et coro
na circumstantium solus audiit disceptan
tes At contra non modo in peragran
da aegypto paulo deflectere ad visen
dum apim supersedit sed et Caium nepo
tem quod iudaeam praetervehens apud
hierosolimam non supplicasset col
laudavit Et quoniam ad haec ventum
est non ab re fuerat subtexere quae ei
priusquam nasceretur et ipso natali die
ac deinceps evenerint quibus futu
ra magnitudo eius et perpetua fe
licitas sperari animadvertique posset
Velitris antiquitus tacta de celo par
te muri responsum est eius oppidi civem
quandoque rerum potiturum Qua fiducia Ve
literni et tunc statim et postea sae
pius pene ad exitium sui cum populo
ro. belligeraverunt Sero tandem
documentis apparuit ostentum illud au
gusti potentiam portendisse Auctor est
Iulius Marathus ante paucos quam na
sceretur menses prodigium romae fac
tum publice quo denuntiabatur regem
populi ro. naturam parturire Senatum
exterritum censuisse ne quis illo anno
genitus educaretur Eos qui uxores
gravidas haberent quod ad se quisque
spem traheret curasse ne senatus con
sultum ad erarium deferretur In asc
lepiadis Mendetis Theologumenon
libris lego Attiam cum ad sollemne
Apollinis sacrum media nocte venis
set posita in templo lectica dum ce
terae matronae dormirent obdor
misse draconem repente irrepsisse
ad eam pauloque post egressum Illam
expergefactam quasi a concubitu
mariti purificasse se et statim in

corpore eius extitisse maculam ve
lud picti draconis nec potuisse umquam
eximi adeo ut mox publicis balneis
perpetuo abstinuerit Augustum na
tum mense decimo et ob hoc apollinis
filium existimatum Eadem Atia prius quam pare
ret somniavit intestina sua ferri
ad sidera explicarique per omnem terrarum
et caeli ambitum Somniavit et pater
Octavius utero Atiae iubar solis exor
tum Quo natus est die cum de Catili
nae coniuratione ageretur in curia et
Octavius ob uxoris puerperium serius
affuisset nota ac vulgata res est P.
Nigidium comperta morae causa ut
horam quoque partus accepit affirmasse
se dominum terrarum orbi natum Octavi
us postea cum per secreta Thraciae
exercitum duceret in Liberi patris luco
barbara cerimonia de filio consulenti
idem affirmatum est a sacerdotibus quod
infuso super altaria mero tantum flam
mae emicuisset ut supergressa fastigi
um templi ad caelum usque ferretur
unique olim omnino magno Alexandro
apud easdem aras sacrificanti simi
le provenisset ostentum Atque etiam se
quenti statim nocte videre visus est
filium mortali specie ampliorem cum ful
mine et sceptro exuviisque Iovis op
timi maximi ac radiata corona su
per laureatum currum bis senis equis can
dore eximio Infans adhuc ut scri
ptum apud C. Drusum extat reposi
tus vespere in cunas a nutricula lo
co plano postera luce non comparuit
diuque quesitus tandem in altissima tur
ri repertus est iacens contra solis
exortum Cum primum fari coepisset in
avito suburbano obstrepentes forte
ranas silere iussit atque ex eo negant
ibi ranas coaxare Ad quartum lapidem
Campanae viae in nemore prande
ti ex improviso aquila panem ei e
manu rapuit Et cum altissime evo
lasset rursus ex improviso leniter di
lapsa reddidit Q. Catulus post de
dicatum capitolium duabus continuis
noctibus somniavit prima Iovem op
timum maximum e pretextatis com
pluribus circa aram ludentibus
unum se secrevisse atque in eius sinum signum
rei p. quod manu gestaret reposuisse

atque sequenti animaduertisse se in gremio Ca
pitolini Iouis eundem puerum. Quem cum Iu
piter detrahi iussisset prohibitum monitu
dei tamquam is ad tutelam reipublice educa
retur ac die proximo obuium sibi Augu
stum quem incognitum alias haberet non
sine admiratione contuitus simillimum
dixit puero de quo somniasset. Qui
dam prius somnium Catuli aliter expo
nunt quasi iupiter compluribus pretex
tatis tutorem a se poscentibus unum
ex eis demonstrasset ad quem omnia su
a desideria referrent: eius quoque osculum
delibatum digitis ad os suum retulisset
M Cicero C Caesarem in capitolium pro
secutus somnium pristine noctis familia
ribus forte narrabat puerum facie li
berali demissum e celo catena aurea
ad fores capitolii constitisse eique Iouem
flagellum tradidisse. Deinde repente Au
gusto viso quem ignotum plerisque adhuc a
uunculus Caesar ad sacrificandum at
tiuerat affirmauit ipsum esse cuius ima
go secundum quietem sibi obseruata sit.
Sumenti virilem togam tunica lati
claui resuta ex utraque parte ad pedes
decidit. Fuerunt qui interpretarentur
non aliud significare quam ut is ordo cu
ius insigne id esset quandoque ei subiceretur.
Apud Mundam diuus Iulius ca
stris locum capiens cum siluam cederet
arborem palmae repertam conserua
ri ut omen victoriae iussit. Ex ea con
tinuo enatus soboles adeo in paucis
diebus adoleuit ut non equipararet mo
do matricem verum et obtegeret frequenta
returque columbarum nidis quamuis id aui
um genus duram et asperam frondem
maxime vitet. Illo precipue ostento
motum Caesarem ferunt ne quem ali
um sibi succedere quam sororis nepotem
vellet. In secessu Apolloniae Theoge
nis mathematici pergulam comi
te Agrippa ascenderet. Cum Agrippae
qui prior consulebat magna et pene
incredibilia prediceretur reticere ipse
genituram suam nec velle edere per
seuerabat metu et pudore ne minor
inueniretur. Qua tamen post multas
adhortationes vix et cunctanter edita
exiliuit Theogenes adorauitque eum.
Tantam mox fiduciam fati Augu
stus habuit ut thema suum vulgauerit

nummumque argenteum nota syderis
capricorni quo natus est percusserit.
Post necem Caesaris reuerso ab Appol
lonia et ingrediente urbem repente li
quido et puro sereno circulus ad speci
em celestis arcus orbem solis ambiuit
ac subinde Iuliae Caesaris filiae monimen
tum fulmine ictum est. Primo autem consu
latu et augurium capienti xii se vultu
res ut Romulo ostenderunt et immolanti
omnium victimarum iocinera replicata in
terius ab ima fibra paruerunt nec
nemine peritorum aliter coniecturante quam
leta per hec et magna portendi. Quin
et bellorum omnium euentus ante presensit.
Contractis ad Bononiam triumuirorum
copiis aquila tentorio eius supersedens
duos coruos hinc et inde infestantes
afflixit et ad terram dedit: notante omni
exercitu: futuram quandoque inter collegas
discordiam talem qualem secuta est.
At exitum presagante Philippo Thessa
lus quidam de futura victoria nuncia
uit auctore diuo Caesare cuius sibi spe
cies itinere auio occurrisset. Circa Peru
siam sacrificio non litanti cum augeri ho
stias imperasset ac subita eruptione
hostes omnem rei diuinae apparatum
abstulissent: constitit inter aruspices
que periculosa et aduersa sacrificanti
denuntiata essent cuncta in ipsos re
ceptura qui exta haberent nec aliter
euenit. Pridie quam Siciliensem pugnam
classe committeret deambulanti in litto
re piscis e mari exiliuit et ad pedes ia
cuit. Apud Actium descendenti in aciem
Asellus cum asinario occurrit homini ny
chias bestie nicon erat nomen. Utri
usque simulacrum aeneum victor posuit
in templo in quod castrorum suorum lo
cum vertit. Mors quoque eius de qua
dehinc dicam diuinitasque post mor
tem euidentissimis ostentis precognita
est. Cum lustrum in campo martio
magna populi frequentia conderet
aquila eum sepius circumuolauit trans
gressaque in vicinam edem ibidem
super nomen Agrippae ad primam li
teram sedit. Quo animaduerso no
ta que in proximum lustrum suscipi
mos est collegam suum Tiberium nuncu
pare iussit. Nam se quamquam conscriptis
paratisque iam tabulis negauit suscepturum

plurium que non esset soluturus Sed idem
tempore ex ictu fulminis ex inscriptione
statuae eius prima nominis littera effluxit
Responsum est centum solos dies post hac
victurum quem numerum c littera notaret fu
turumque ut inter deos referretur quod esar
id est reliqua pars e cesaris nomine e
thrusca lingwa deus vocaretur Tibe
rium igitur in Illiricum dimissurus et
Beneventum usque prosecuturus cum in
terpellatores aliis atque aliis causis
in iure dicendo detinerent exclama
vit quidem quod et ipsum inter omina mox
omnia relatum est non si omnia mora
rentur amplius se post hac rome fu
turum atque itinere inchoato Asturam
perrexit et inde praeter consuetudinem
de nocte ad occasionem aurae evectus
Causam valitudinis contraxit et
ex profluvio alvi Tunc campaniae
ora proximisque insulis circuma
ctis capreas quoque secessui quadriduum
impendit remississimo ad otium et
ad omnem comitatem animo Forte pu
dami sinum praetervehenti vectores
nautaeque de navi alexandrina quae
tantum quod appulerat candidati co
ronatique et thura libantes fausta
omina eximias laudes congesserant
per illum se vivere per illum naviga
re libertate atque fortunis per illum
frui Quare ad modum exhilaratus
quadragenos aureos comitibus
divisit Iusque iurandum et cautionem
exegit a singulis non alio data su
mma quam in emptione alexandrina
rum mercium absumpturos Sed et cete
ros continuos dies inter varia mu
nuscula togas insuper ac pallia di
stribuit lege proposita ut romani g
reco graeci romano habitu et sermo
ne uterentur Spectavit assidue exer
centes ephebos quorum adhuc ali
qua copia ex vetere instituto ca
preis erat Isdem etiam epulum in
conspectu suo praebuit permissa im
mo exacta iocandi licentia diri
piendique pomorum et obsoniorum rerum
que missilia nullo denique genere hy
laritatis abstinuit Vicinam capre
is insulam apragopolim appella
bat a desidia secedentium illuc e
comitatu suo Sed ex dilectis unum

masgabam nomine quasi conditorem insulae
votare consueverat
Huius masgabae annum ante defunc
ti tumulum quem e triclinio ad animad
advertisset multa turba multis
que luminibus frequentari versum
compositum ex tempore clare pronu
nciavit

Conversusque ad trasulum tiberii co
mitem contra accubantem et igna
rum rei interrogavit cuiusnam po
etae putaret esse quo haesitante sub
iecit alium
Ac de hoc quoque consuluit
cum ille nihil aliud responderet quam
utriusque esset optimos esse cachi
nnos sustulit atque in iocos effusus
est Mox neapolim traiecit quamquam et
tum infirmis intestinis morbo varia
te tum et quinquennale certamen
gymnicum honori suo institutum
perspectavit et cum tiberio ad destina
tum locum contendit sed in redeundo ad
gravata valitudine tandem nolae
succubuit Revocatumque ex itinere
tiberium diu secreto sermone deti
nuit neque post ulli maiori nego
cio animum accommodavit Supremo
die identidem exquirens an iam
de se tumultus foris esset petito spe
culo capillum sibi comi ac malas la
bantes corrigi praecepit admissos
amicos percunctatusque ecquid his vide
tur mimum
vitae commode transegisse adiecit
et clausula

omnibus deinde dimissis dum venien
tes ab urbe de drusi filia aegra
interrogabat repente in osculis
liviae et in hac voce defecit livia
nostri coniugii memor vive et
vale Sortitus exitum facilem et qua
lem semper optaverat Nam fe
re quotiens audisset cito ac nul
lo cruciatu defunctum quempiam sibi
et suis
similem Hoc enim et verbo uti solebat
precabatur unum omnino ante efflatam
animam signum alienatae mentis ostendit
quod subito pavefactus a quadraginta

se in membra abripi questus est. Id quod est
magis presagium quam mentis diminutio
fuit. Obiit in cubiculo eodem quo pater
Octavius, duobus Sex. Pompeio et
Apuleio cons. xiiii° kl. Septembris
hora diei nona, septuagesimo et sex
to etatis anno, diebus triginta quinque mi
nus. Corpus decuriones municipio
rum et coloniarum a Nola Bovillas
usque deportaverunt noctibus propter anni tempus
cum interdiu in basilica cuiusque oppidi
vel in aedium sacrarum maxima repone
retur. A Bovillis equester ordo susce
pit urbique intulit atque in vestibulo
domus collocavit. Senatus et in funere
ornando et in memoria honoranda
eo studio certatim progressus est ut
inter alia complura censuerint qui
dam funus triumphali porta ducendum
precedente victoria que est in curia
canentibus neniam principum libe
ris utriusque sexus. Alii exequiarum
die ponendos anulos aureos fer
reosque sumendos. Nonnulli ossa
legenda per sacerdotes summorum col
legiorum. Fuit et qui suaderet ap
pellationem mensis Augusti in Septem
brem transferendam quod hoc genitus
Augustus illo defunctus esset. Alius
ut omne tempus a primo die nata
li ad exitum eius seculum Augustum ap
pellaretur et ita in fastos referretur.
Verum adhibito honoribus modo bi
fariam laudatus est pro aede divi Iu
lii a Tiberio et pro rostris vete
ribus a Druso Tiberii filio ac sena
torum humeris delatus in campum
crematusque. Nec defuit vir pretorius
qui se effigiem cremati euntem in ce
lum vidisse iuraret. Reliquias lege
runt primores equestris ordinis tu
nicati et discincti pedibusque nudis
ac mausoleo condiderunt. Id opus
inter Flaminiam viam ripamque Tiberis
sexto suo consulatu extruxerat circum
iectasque silvas et ambulationes
in usum populi iam tunc publicarat.
Testamentum L. Planco cons. C. Silio
iii non. Aprilis ante annum et iiii me
ses quam decederet factum ab eo ac duo
bus codicibus partim ipsius partim li
bertorum Polybii et Hylarionis ma
nu scriptum depositumque apud se vir

gines vestales cum tribus signatis ac
que voluminibus protulerunt. Que omnia
in senatu aperta atque recitata sunt. He
redes instituit primos Tiberium ex parte di
midia et sextante, Liviam ex parte tertia,
quos et ferre nomen suum iussit. Secundos
Drusum Tiberii filium ex triente, ex parti
bus reliquis Germanicum liberosque eius
tres sexus virilis; tercio gradu propin
quos amicosque complures. Legavit
populo Romano quadringenties, tribubus
tricies quinquies sestertium, pretorianis sin
gulis singula milia nummorum, cohor
tibus urbanis quingenos, legionariis tri
cenos nummos, quam summam representari
iussit; nam et confiscatam semper repo
sitamque habuerat. Reliqua legata va
rie dedit perduxitque quedam ad vice
na sestertia, quibus solvendis annum
diem finiit, excusata rei familiaris
mediocritate nec plus perventurum ad
heredes suos quam milies et quingenties
professus, quamvis viginti proximis annis
quater decies milies ex testamentis ami
corum percepisset, quod pene omne cum
duobus paternis patrimoniis ceterisque
hereditatibus in rem publicam absumpsisset.
Iulias filiam neptemque si quid his
accidisset vetuit sepulcro suo inferri.
Tribus voluminibus uno mandata de fu
nere suo complexus est, altero indicem
rerum a se gestarum quem vellet incidi
in eneis tabulis que ante mausoleum
statuerentur, tertio breviarium totius im
perii quantum militum sub signis ubique esset
quantum pecunie in erario et fiscis et
vectigaliorum residuis; adiecit et liber
torum servorumque nomina a quibus ra
tio exigi posset.

Patricia gens Claudia fuit enim et alia plebeia nec potencia minor nec dignitate. Orta est ex Regillis opido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientum manu commigrauit auctore Tito Tacio consorte Romuli vel quod magis constat Acta Tacio Claudiae gentis principes post reges exactos sexto fere anno a patriciis in patricias coaptata agrum insuper trans Anienem clientibus locumque sibi ad sepulturam. Duodetriginta consulatus dictaturas quinque censuras septem triumphos sex duas ouationes adepta est. Cum prenominibus cognominibusque variis distingueretur Lucii prenomen consensu repudiauit postquam e duobus gentilibus preditis eo alter latrocinii caedis alter conuictus est. Inter cognomina autem et Neronis assumpsit quod significaretur lingua Sabina fortis ac strenuus. Multa multorum Claudiorum egregia merita multa etiam secius admissa in rem p. extant sed ut praecipua commemorem App. Caecus societatem cum rege Pyrrho ut parum salubrem iniri dissuasit. Claudius Caudex primus freto classe traiecto Poenos Sicilia expulit. Tiberius Nero aduenientem ex Hyspania cum ingentibus copiis Hasdrubalem prius quam Hanibali fratri coniungeretur oppressit. Contra Claudius Appius Regillanus decemvir legibus scribendis virginem ingenuam per vim libidinis gratia in seruitutem asserere conatus causa plebi fuit secedendi rursus a patribus. Claudius Drusus statua sibi diadamata ad Appi Forum posita Italiam per clientulos occupare temptauit. Claudius Pulcher apud Siciliam non pascendibus in auspicandis pullis ac per contemptum religionis mari demersis quasi ut biberent quando esse nollent proelium nauale iniit superatusque cum dictatorem dicere a senatu iuberetur velud iterum illudens discrimini publico Glicium viatorem suum dixit. Extant et foeminarum exempla diuersa. Equae siquidem gentis eiusdem utraque Claudia fuit et quae cum sacris matris deum Ideae obhaerentem Tiberino vado extraxit precata propalam ut ita demum sequeretur si sibi pudicitia constaret. Et quae novo more iudicium maiestatis apud populum mulier subiit quod in conferta multitudine aegre procedente carpento palam optauerat ut frater suus reuiuisceret atque iterum classem amitteret quo minor Rome turba foret. Preterea notissimum est Claudios omnes excepto duntaxat P. Clodio qui ob expellendum urbe Ciceronem plebeio homini atque etiam natu minore in adopcionem se dedit optimates assertoresque unicos dignitatis ac patriciorum semper fuisse atque aduersus plebem adeo violentos et contumaces ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem aut deprecari sustinuerit. Nonnulli in altercatione et iurgio tribunos pl. pulsauerint etiam virgo Vestalis fratrem iniussu populi triumphantem ascenso simul curru usque in Capitolium prosecuta est ne vetare aut intercedere fas cuiquam tribunorum esset. Ex hac stirpe Tiberius Caesar genus trahit et quidem utrumque paternum a minore Nerone: maternum ab Apio Pulchro qui ambo Appii Caeci filii fuerunt. Insertus est et Liviorum familie adoptato in eam materno auo. Quae familia quamquam plebeia tamen et ipsa admodum floruit. Octo consulatibus censuris duabus triumphis tribus dictatura etiam ac magisterio equitum honorata. Clara et insignibus viris ac maxime Salinatore Drusisque. Salinator universas tribus in censura notauit leuitatis nomine quod cum se post priorem consulatum multa irrogata condenassent consulem et iterum censorem fecissent. Drusus hostium duce Drauso comminus trucidato sibi posterisque suis cognomen inuenit. Traditur etiam pro pretore ex prouincia Gallia retulisse aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii datum nec ut fama est extortum a Camillo. Eius abnepos ob eximiam aduersus Gracchos operam patronus senatus dictus filium reliquit quem in simili dissensione multa varia molientem diuersa factio per fraudem interemit. Pater Tiberii Nero questor C. Caesaris Alexandrino bello classi prepositus plurimum

ad victoriam contulit. Quare et ponti
fex in locum P. Scipionis substitutus et
ad ducendas in Galliam colonias in quibus
Narbo et Arelatae erant missus est. Ta
men Cesare occiso cunctis turbarum me
tu abolitione facti decernentibus: etiam de
premiis tirannicidarum referendum cen
suit. Pretura deinde functus quom
exitu anni discordia inter triumviros or
ta esset: retentis ultra tempus iustum insi
gnibus L. Antonium consulare triumviri fra
trem: ad Perusiam secutus: deditione a
ceteris facta: solus permansit in par
tibus et primo Prenestae inde Nea
polim evasit servisque ad pileum vocatis
frustra. in Siciliam profugit sed indig
ne ferens nec statim se in conspectu Sex
ti Pompei admissum et fascium usu pro
hibitum ad M. Antonium traiecit in Athi
am vel in Achaiam cum quo brevi reconcilia
ta inter omnes pace: Romam redit uxo
remque Liviam Drusillam et tunc gravi
dam et ante iam apud se filium enixam
petenti Augusto concessit. Nec mul
to post diem obiit utroque liberorum su
perstite Tiberio Drusoque Neronibus.
Tiberium quidem Fundis natum existima
verunt secuti levem coniecturam quod ma
terna eius avia Fundana fuerit et
quod mox simulacrum Felicitatis ex S. C.
publicatum ibi sit. Sed ut plures certio
resque tradunt natus est Romae in Pal
latio XVI Kal. Decembris M. Emilio Lepido
iterum L. Munatio Planco consulibus
per bellum Philippense. sic enim in fastos
actaque in publica relatum est. Nec
tamen desunt qui partim antecedente
anno Hircii et Pansae partim inse
quenti Servilii Isaurici que Antonii con
sulatu genitum eum scribunt. Infantiam
pueritiamque habuit luxuriosam et ex
ercitatam. comes usque quaque parentum fu
gae quod quidem apud Neapolim
sub irruptione hostis navigium clam
petentes vagitu suo pene bis pro
didit: semel quem a nutricibus ube
re iterum quom a sinu matris rapti
auferretur ab hiis qui pro necessita
te temporis mulierculas levare one
re temptabant. Per Siciliam quoque et
per Achaiam circumductus et Lacedemo
niis publice quod in tutela Claudiorum
erat demandatus digrediens inde

itinere nocturno discrimen vitae adiit
flamma undique repente e silvis exorta
adeoque omnem comitatum circumplexa ut Liviae
pars vestis et capilli amburerentur.
Munera quibus a Pompeia Sexti Pom
pei sorore in Sicilia donatus est clamis
et fibula item bullae aureae durant
ostenduntque adhuc Bais. Post reditum
in urbem M. Gallio senatore testamento
adoptatus hereditate adita mox nomine
abstinuit quod Gallius adversarum Au
gusto partium fuerat. Novem natus an
nos: defunctum patrem pro rostris lau
davit. Dehinc pubescens Actiaco tri
umpho currum Augusti comitatus est
sinisteriore funali equo quem Mar
cellus Octaviae filius dexteriore ve
heretur. Presedit et atticis ludis et
Troiam circensibus ductor turmae pu
erorum maiorum. Virili toga sumpta
adolescentiam que omnem spatiumque inse
quentis aetatis usque ad principatus
initia per hec fere transegit. Munus
gladiatorum in memoriam patris ini
~~tia per hec fere transegit~~ et alterum in
avi Drusi dedit diversis temporibus
ac locis primum in foro: secundum in am
phiteatro rudiariis quoque quibusdam
revocatis auctoramento dedit cente
num milium dedit et ludos sed absens cun
cta magnifice impensa matris ac vi
trici. Agrippinam M. Agrippa genitam
neptem Cecilii Attici equitis Ro. ad quem
Ciceronis epistolae: duxit uxorem sub
latoque ex ea filio Druso quamquam bene con
venientem: rursusque gravidam dimittere
ac Iuliam Augusti filiam confestim
coactus ducere non sine magno ango
re animi quom et Agrippinae consuetudine
teneretur et Iuliae mores improba
ret ut quia sensisset sui sic quoque sub prio
re marito merito appetentem quod sane
etiam vulgo estimabatur. Sed Agrippinam
et abegisse post divortium doluit: et semel
omnino ex occursu visam adeo contentis et
tumentibus oculis persecutus est ut
custoditum sit ne umquam in conspectu eius
veniret. Cum Iulia primo concorditer
et amore mutuo vixit: mox dissedit
ab aliquanto gravius ut etiam perpetuo
secubaret intercepto communis filii pigno
re qui Aquileiae natus infans extin
ctus est. Drusum fratrem in Germania ami
sit

cuius corpus pedibus toto itinere pregra-
diens Romam usque peruexit. Ciuilium officio-
rum rudimentis regem Archelaum tra-
lianos et thessalonios uaria quoque de
causa augusto cognoscente defendit pro
laodicenis thyatirenis chijs terraemo-
tu afflictis opem quoque implorantibus
senatum deprecatus est. Fannium Cepio-
nem qui cum uarone murena in augu-
stum conspirauerat reum maiestatis apud
iudices fecit et condempnauit. Inter-
que haec duplicem curam administrauit
annonae que arctior inciderat et repu-
rgandorum tota italia ergastulorum
quorum domini in inuidiam venerant quasi
exceptos supprimerent non solum viatores
sed et quos sacramenti metus ad huius-
modi latebras compulisset. Stipendia pri-
ma cantabrica expeditione tribunus
militum fecit deinde ducto in orientem
exercitu regnum Armeniae Tigrani re-
stituit ac pro tribunali diadema im-
posuit. Recepit et signa que M. crasso
ademerant parthi. Post hoc comatam
Galliam anno fere rexit et barbaro-
rum incursionibus et principum discordia
inquietam. Exinde Creticum vel Rhae-
ticum vindelicumque bellum inde panoni-
cum inde Germanicum gessit. Rheticas atque
vindelicas gentes alpinas pannonicos
breucos et dalmatas subegit. Ger-
manicos xl milia deditiorum traiecit
in Galliam iuxtaque ripam rheni se-
dibus adsignatis collocauit. Quas ob
res et ovans et curru urbem ingres-
sus est, prius ut quidam putant et triumpha-
libus ornamentis honoratus nouo et
nec antea cuiquam tributo genere honoris.
Magistratus et maturius inchoauit et
pene iunctim percucurrit questuram preturam
consulatum interposito quoque tempore con-
sul iterum tribuniciam potestatem in quinque-
nium accepit. Tot prosperis confluentibus
integra aetate ac valitudine statuit
repente secedere seque e medio quam longis-
sime amouere, dubium uxoris ne tedio
quam neque criminari aut dimittere au-
deret neque ultra perferre posset, an ut
vitato assiduitatis studio fastidio que au-
ctoritatem absentia tueretur atque etiam au-
geret si quid indiguisset res publica. Qui-
dam existimant adultis iam Augu-
sti liberis loco et quasi possessione usur-

pati a se diu secundi gradus sponte cessisse
exemplo M. Agrippae qui M. Marcello
ad munera publica admoto Mytile-
nas abierit ne aut obstare aut obtrec-
tare presens videretur. Quam causam et
ipse sed postea reddidit. Tunc autem ho-
norum satietatem ac requiem laborum
pretendens commeatum petiit. Neque aut
matri suppliciter precanti aut vitrico de-
seri se etiam in senatu conquerenti ue-
niam dedit. Quin et pertinacius
retinentibus cibo per quatriduum absti-
nuit. Facta tandem abeundi potestate re-
lictis Romae uxore et filio confestim
Ostiam descendit, ne verbo quidem cui-
quam prosequentium reddito paucosque ad-
modum in digressu exosculatus. Ab Ostia
oram Campaniae legens inbecillitate
Augusti nunciata paulum substitit.
Sed increbrescente rumore quasi ad
occasionem maioris spei commoraretur
tantum non aduersis tempestatibus Rho-
dum enauigauit amoenitate et salu-
britate insule iam inde captus cum ad
eam ab Armenia rediens appulisset. Hic
modicis contentus aedibus nec multo
laxiore suburbano genus vitae ciui-
le admodum instituit sine littore aut
viatore gymnasio interdum obambu-
lans mutuaque cum graeculis officia
usurpans prope ex equo. Forte quo-
dam in disponendo die mane pre-
dixerat quicquid aegrorum in ciuita-
te esset visitare se velle. Id a proximis
aliter exceptum iussique sunt omnes ae-
gri in publicam porticum deferri ac
per ualitudinum genera disponi. Percus-
sus ergo inopinata re diu quid age-
ret incertus tandem singulos circu-
it excusans factum etiam tenuissimo
cuique et ignoto. Unum hoc mo(do) neque
praeterea quicquam notatum est in quo ex-
eruisse se ius tribuniciae potestatis
visus est. Cum circa scholas et audito-
ria professorum assiduus esset moto inter
antisophistas grauiore iurgio non defuit
qui eum interuenientem et quasi studiosio-
rem partis alterius conuicio incesseret.
Sensim itaque regressus domum repente
cum apparitoribus prodiit citatumque pro tri-
bunali preconis voce conuiciatorem ra-
pi iussit in carcerem. Comperit deinde
Iuliam uxorem ob libidines atque adul-

terea dampnata repudium que ei suo nomine
ex auctoritate augusti remissum Et quamquam
letus nuncio tamen officii duxit quantum in se
esset exorare filie patrem frequentibus
litteris et vel ut utcumque meruisset quicquid
umquam dono dedisset concedere Trans
acto autem tribunicie potestatis tempo
re confessus tandem nihil aliud secessu
devitasse se quam emulationis cum Gaio Lu
cio que suspicione petit ut sibi securo iam
ab hac parte corroboratis hiis et secundum
locum facile tutantibus permitteretur re
visere necessitudines quarum desiderio te
neretur Sed neque impetravit ultroque etiam
admonitus est dimittere omnem curam suorum
quos tam cupide reliquisset Remansit
igitur rhodi contra voluntatem vix per
matrem consecutus ut ad velandam igno
miniam quasi legatus augusto abesset Et enim
vero tunc non privatum modo sed etiam ob
noxium et trepidum egit mediterraneis
agris abditus vitansque preter navi
gantium officia quibus frequentabatur
assidue nemine cum imperio aut magistra
tu tendente quoquam quin diverteret rho
dum Et accesserunt maiores sollicitudinis
cause Namque privignum Gaium orien
ti prepositum cum visendi gratia tra
iecisset samum alieniorem sibi sensit
ex criminationibus M lollii comitis et
rectoris eius Venit etiam in suspicionem
per quosdam beneficii sui centuriones
a commeatu castra repetentes man
data ad complures dedisse ambigua
et que temptare singulorum animos
ad res novas viderentur De qua suspi
cione certior ab augusto factus non ces
savit efflagitare aliquem cuiuslibet
ordinis custodem factis atque dictis
suis Equi quoque et armorum solitas
exercitationes omisit Redegitque se depo
sito patrio habitu ad pallium et crepi
das atque in tali statu biennio fere
permansit contemptior in dies et
invisior adeo ut ymagines eius ac
statuas nemausenses subverterint
ac familiari quondam convivio men
tione eius orta extiterit qui Gaio pol
liceretur confestim se si iuberet rodum
navigaturum caputque exulis sic enim
appellabatur relaturum Quo precipue non
iam metu sed discrimine coactus
etiam suis quam matris impensissimis

precibus reditum expostulare impetravit
que adiutus aliquantum etiam casu Destina
tum augusto erat nihil super ea re nisi
ex voluntate maioris filii statuere is fo
rte tunc M lollio offensior facilis exora
bilis in vitricum fuit permittente ergo
Gaio revocatus est verum sub condicione ne
quam partem curam ve rei p attingeret
Rediit post octavo post secessum anno ma
gna nec incerta spe futurorum quam et
ostentis et predictionibus ab initio etatis
conceperat Pregnans eo livia cum an
marem editura esset variis captaret
ominibus ovum incubanti gallinae subrep
tum nunc sua nunc ministrarum manu per vi
ces usque eo fovit quoad pullus insignis
ter cristatus exclusus est Ac de infante scribo
nius mathematicus preclara spopondit
etiam regnaturum quandoque et sine regio insi
gni ignota scilicet tunc adhuc cesarum po
testate Et ingresso primam expeditionem
ac per macedoniam ducente exercitum in si
riam accidit ut apud philippos sacrate
olim victricium legionum are subitis spon
te colluxerent ignibus et mox quom illi
ricum petens iuxta patavium adisset Ge
rionis oraculum sorte tracta qua mone
batur ut de consultationibus in aponi fon
tem talos aureos iaceret evenit ut su
mmum numerum iacti ab eo ostenderent
Hodieque sub aqua visuntur hi tali An
te paucos vero quam revocaretur dies
aquila numquam antea rhodi conspecta
in culmine domus eius adsedit Et pri
die quam de reditu certior fieret vestimenta
mutanti tunica ardere visa est Trasil
lum quoque mathematicum quem ut sapi
entie professorem contubernio admove
rat tum maxime expertus est affirman
tem nave provisa gaudium afferri cum qui
dem illum durius et contra predicta ca
dentibus rebus ut falsum et secretorum teme
re conscium eo ipso momento dum spaciatur
una precipitare in mare destinasset
Romam reversus deducto in forum filio
druso statim e carinis et pompeiana
domo esquilias in ortos mecenatianos
transmigravit totumque se ad quietem contulit
privata modo officia obediens ac publico
rum munerum expers Gaio et lucio in
tra triennium defunctis adoptatur ab
augusto simul cum fratre eorum M agrippa
coactus prius ipse germanicum fratris sui

filium adoptare nec quicquam postea pro patre
familias egit aut ius quod amiserat
ex nulla parte obtu retinuit Nam neque
donauit nec manu misit ne hereditatem
quidem aut legata percepit ulla aliter
quam ut peculio refferret accepta Nihil ex eo
tempore pretermissum est ad maiestatem eius
augendam ac multo magis postquam agrip
pa abdicato atque seposito certum erat
uni spem successionis incumbere data rur
sus potestas tribunicia in quinque
nium delegatus pacandae germanie sta
tus, parthorum legati mandatis rome
augusto redditis eum quoque adire in pro
uincia iussi Sed nuntiata illirici defec
tione transiit ad curam noui belli quod
grauissimum omnium externorum bellorum post
punica per quindecim legiones pa
rem que auxiliorum copiam triennio ges
sit in magnis omnium rerum difficultatibus
summa que frugum inopia Et quamquam sae
pius reuocaretur tamen perseuerauit
metuens ne vicinus et preualens
hostis instaret ultro cedentibus ac
perseuerantie grande precium tulit to
to illirico quod inter italiam regnum
que noricum et traciam et macedoniam
inter que danubium flumen et sinum
maris adriatici patet perdomito et
in dicionem redacto Cui glorie ampli
or adhuc ex oportunitate cumulus
accessit Nam sub id fere tempus quin
tilius varus cum tribus legionibus pe
riit nemine dubitante quin uictores
germani iuncturi se panoniis fue
rint nisi debellatum prius illiricum
esset Quas ob res triumphus ei pa
nonicus alii ut inuictus nonnulli ut
pius cognominaretur Sed de cognomine
intercessit augustus eo contentum re
promittens quod se defuncto susce
pturus esset Triumphum ipse distulit
moesta ciuitate clade variana ni
hilominus urbem pretextatus et laure
a coronatus intrauit positum que in
septis tribunal senatu astante con
scendit ac medius inter duos consu
les cum augusto simul sedit unde po
pulo consalutato circum templa deductus
est Proximo anno repetita germa
nia cum animaduerteret varianam cla
dem temeritate et negligencia ducis
accidisse nihil nisi de consilii sentencia
egit Semper alias sui arbitrii conten
tus que se uno tunc praeter consuetudi
nem cum compluribus de ratione belli co
municauit curam quoque solito prestitit
exactiorem Traiecturus rhenum commea
tum omnem ad certam formulam adstric
tum non ante transmisit quam consistens apud
rippam explorasset vehiculorum onera
ne qua deportarentur nisi concessa aut
necessaria Transrhenum vero eum vite te
nuit ordinem ut sedens nudo in cespite
cibum caperet sepe sine tentorio per
noctauit precepta sequentis diei omnia
Et si quid subiti muneris iniungendum
esset per libellos daret addita moni
tione ut de quo quisque dubitaret se nec
alio interprete quacumque vel noctis
hora uteretur Disciplinam acerrime
exegit animaduersionum et ignominia
rum generibus ex antiquitate repetitis
Atque etiam legato legionis quod paucos
milites cum liberto suo transrippam vena
tum misisset ignominia notato Prelia
committens minimum fortune casibus per
mitteret aliquanto constancius inibat
Quotiens lucubrante se subito ac
nullo propellente decideret lumen
et extingueretur Confident ut aie
bat ostento sibi a maioribus suis in omni
ducatu experti summo Sed re prospere
gesta non multum absuit quin a brute
ro quodam occideretur cui inter proximos
versanti et trepidatione detecto tor
mentis expressa confessio est cogitata
ti facinoris A Germania in urbe
post biennium reuersus est triumphum quem di
stulerat egit prosequentibus etiam lega
tis quibus triumphalia ornamenta im
petrauerat ac priusquam in capitolium flecte
ret descendit e curru seque presidenti pa
tri ad genua summisit Batonem pano
nium ducem ingentibus donatum prae
miis Rauennam transtulit graciam
referens quod se quondam cum exercitu
iniquitate loci circumclusum passus esset e
uadere Prandium dehinc populo
mille mensis et congiarium trecenos
nummos viritim dedit Dedicauit et
concordie aedem Item pollucis et ca
storis suo fratrisque nomine de manu
biis Ac non multo post lege per con
sules lata ut prouincias cum augu
sto communiter administraret simulque censum

augeret condito lustro in Illiricum pro
fectus est et statim ex itinere revocatus
est iam quidem affectum sed tamen spi
rantem adhuc augustum repperit. fuit-
vna que secreto per totum diem cum eo versatus
que persuasum quod egresso post secretum sermonem
tiberio vox augusti per cubicu
larios excepta sit miserum po ro qui sub
tam lentis maxillis erit. Nec illud quidem
ignoro aliquos tradidisse Augustum
palam nec dissimulanter morum eius
diritatem adeo improbasse ut non nunquam
remissiores hilarioresque sermones su
pervenientem eo abrumperet. Sed expugna
tum precibus uxoris adoptionem non abnuis
se sed etiam ambitione tractum ut tali suc
cessore desiderabilior ipse quandoque fieret ad
duci tamen nequeo quin existimem circumspectis
simum et prudentissimum principem in
tanto presertim negotio nihil temere
fecisse sed vitiis tiberii virtutibusque
perpensis potiores duxisse virtutes
presertim quem et rei publicae causa adop
tare se pro contione iuraverit
et epistolis aliquot ut peritissimum
rei familiaris utque unicum po ro
presidium prosequatur. Ex quibus in ex
emplum pauca hinc inde subieci Va
le iocundissime tiberi et feliciter re
rege
iocundissime et ita sim fe
lix vir fortissime et dux
Vale ordine aestimatorum
tuorum ego vero mi tiberi et inter tot
rerum difficultates

Non potuisse quemquam prudentius gerere
se quam tu gesseris existimo. Hi quoque
qui tecum fuerunt omnes confitentur ver
sum illum in te posse dici Unus ho
nobis vigilando restituit rem. Sive
quid incidit de quo sit cogitandum diligen
tius sive quid stomachor valde me
dius fidius tiberium meum desidero Succurrit-
que versus ille homericus

Attenuatum te esse continuatione labo
rum cum audio et lego dii me perdant
nisi cohorrescat corpus meum. Teque
oro ut parcas tibi ne si te languere

audierimus ego et mater tua expiremus
et summa imperii sui po ro periclitetur.
Nihil interest valeam ipse necne si
tu non valebis. Deos obsecro ut te nobis
conservent et valere nunc et semper pa
tiantur si non po ro perosi sunt. Excessum
Augusti non prius palam fecit quam
agrippa iuvene interempto. Hunc tri
bunus militum ad positus custos oc
cidit lectis codicillis quibus ut id face
rent iubebatur. Quod codicillos dubium
fuit Augustus ne moriens reliquisset
quo materiam tumultus post se subduce
ret an nomine Augusti livia et ea con
scio tiberio an ignaro dictasset. Tiberius
renuntianti tribuno factum esse quod impe
rasset: neque imperasse se et redditurum eum
senatui ro respondit invidiam scilicet in pre
sentiarum nam mox silentio rem
oblitteravit. Iure autem tribuniciae
potestatis coacto senatu inchoataque al
locutione de repente velud dolori im
par congemuit, utque non solum vox
sed et spiritus deficeret optavit ac per
legendum librum druso filio tradidit.
Illatum deinde augusti testamentum
non admissis signatoribus nisi senato
rii ordinis ceteris extra curiam signa
agnoscentibus recitavit per libertum. Te
stamenti initium fuit hoc: quoniam atrox fortuna
Gaium et Lucium mihi eripuit Tibe
rius mihi Caesar ex parte dimi
dia et sextante heres esto. Quo et ipso
aucta suspicio est opinantium successorem
adscitum eum necessitate magis quam iu
dicio quando ita prefari non abstinue
rit. Principatum quamvis neque occupa
re confestim neque agere dubitasset
et statione militum hoc est vi et specie
dominationis assumpta diu tamen recusavit
impudentissimo animo nunc adhortantis
amicos increpans et ignaros quanta bel
lua esset imperium nunc precantem sena
tum et procumbentem sibi ad genua
ambiguis responsis et callida cuncta
tione suspendens ut quidam patienti
am rumperent atque unus in tumultu
proclamaret aut agat aut desistat
alter coram exprobraret ceteros quod
polliciti sint tarde prestare se ipsum quod
prestet tarde polliceri. Tandem quasi
coactus et querens miseram et one
rosam sibi iniungi servitutem recepit

imperium nec tamen aliter hunc ut depositurum se quandoque spem faceret. Ipsius verba sunt dum veniam ad id tempus quo vobis aequum possit videri dare vos aliquam meae senectuti requiem. Cunctandi causa erat metus undique imminentium discriminum ut saepe lupum se auribus tenere diceret. Nam et servus Agrippae Clemens nomine non contemnendam manum in ultione domini comparat. Et L. Scribonius Libo vir nobilis res novas moliebatur. Et duplex seditio militum in Illirico et in Germania exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem ante omnia ut aequarentur stipendio pretoriani. Germaniani quidem et principem detractabant non a se datum summoque in Germanicum qui tunc hiis preerat ad capescendam rempublicam urgebant quamquam obfirmate resistentem. Quem maxime casum timens partes sibi quas senatui liberet tuendas in re p. depoposcit quando universae sufficere solus nemo posset nisi cum altero vel etiam cum pluribus. Simulavit et valitudinem quo aequiore animo Germanicus celerem successorem vel certe societatem principatus operiretur.

Compositis seditionibus Clementem quoque fraude deceptum redegit in potestatem. Libonem ne quid in novitate acerbius fieret secundo demum anno in senatu coarguit medio temporis spacio tantum cavere contentus. Nam et inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subiciendum curavit. Et secretum non nisi adhibito Druso filio dedit dextramque obambulantis veluti incumbens quoad perageretur sermo continuit. Verum liberatus metu civilem admodum inter initia ac paulo minus quam privatum egit. Sed ex pluribus maximisque honoribus preter paucos et modicos non recepit. Natalem suum plebeis incurrentem circensibus vix unius bige adiectione honorari passus est.

Templa    Sacerdotes decerni sibi prohibuit etiam statuas atque imagines nisi permitteret se poni permisitque ea sola conditione ne inter simulacra deorum sed inter ornamenta aedium ponerentur. Intercessit et quominus in acta sua iuraretur et ne mensis september Tiberius october Livius vocaretur. Prenomen quoque imperatoris cognomenque patris patriae et civicam in vestibulo coronam recusavit. Ac ne Augusti quidem nomen quamquam hereditarium ullis nisi ad reges ac dinastas epistolis addidit. Nec amplius quam mox tres consulatus unum paucis diebus alterum tribus mensibus tertium absens usque in idus maias gessit. Adulationes adeo aversatus est ut neminem senatorum aut officii aut negotii causa ad lecticam suam admiserit. Consularem vero satisfacientem sibi ac per genua sibi orare conantem ita suffugerat ut caderet supinus. Atque etiam si quid in sermone vel in continua oratione blandius de se diceretur non dubitaret interpellare ac reprehendere et commutare continuo. Dominus appellatus a quodam denuntiavit ne se amplius contumeliae causa nominaret. Alium dicentem sacras eius occupationes et rursus alium auctore eo senatum se audisse verba mutare et pro auctore persuasore pro sacris laboriosas dicere coegit. Sed adversus convicia ac malos rumores et famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens subinde iactabat in civitate libera linguam mentemque liberas esse debere et quondam senatu cognitionem de huiusmodi criminibus ac reis flagitante non tantum inquit ocii habemus ut implicare nos pluribus negotiis debeamus si hanc fenestram aperueritis nihil aliud agi sinetis omnium inimicitiae hoc pretexto ad vos deferentur. Extat et sermo eius in senatu percivilis. Siquidem locutus aliter aliter fuerat dabo operam ut rationem factorum meorum dictorumque reddam si perseveraverit in vicem eum odero. Atque haec eo notabiliora erant quod ipse in appellandis venerandisque et singulis et universis prope excesserat humanitatis modum. Dissentiens in curia a Quinto Haterio ignoscas inquit rogo si quid adversus te liberius sicut senator dixero. Et deinde omnes alloquens dixi et nunc. Et saepe alias patres conscripti bonum et salutarem

principem quem vos tanta et tam libe
ra potestate instruxistis senatui servire
debere et universis civibus saepe et pleru
que etiam singulis. Neque id dixisse me penitet
et bonos aequos et faventes vos habui
dominos et adhuc habeo. Quin etiam spe
ciem quandam libertatis induxit conserva
tis senatui ac magistratibus et maiesta
te pristina et potestate. Neque tam parvum
quicquam neque tam magnum publici priva
tique negotii fuit de quo non ad patres
conscriptos referretur. De vectigalibus
ac monopoliis de extruendis reficiendis
ve operibus: etiam de legendo vel exaucto
rando milite ac legionum ac auxiliorum
descriptione denique quibus imperium pro
rogari aut extraordinaria bella mandari
quid et qua forma regum litteris rescribi pla
ceret. Praefectum alae de vi et rapinis
reum causam in senatu dicere coegit.
Curiam nisi solus intravit lectica
quondam introlatus aeger comites a
se removit. Quaedam adversus sententiam
suam decerni ne questus quidem est.
Negante eos destinatos magistratus
adesse oportere ut presentes honori
acquiescerent praeter designatum libera
legatione impetravit. Item censen
te ut trebianis legatam in opus novi
theatri pecuniam ad munitionem viae
transferre concederetur obtinere non
obtinuit quin rata voluntas legato
ris esset. Cum senatus consultum per disses
sionem forte fieret transeuntem eum
in alteram partem in qua pauciores erant
secutus est nemo. Caetera quoque non nisi
per magistratus et iure ordinario age
bantur. Tanta consulum auctoritate ut
legati ex Affrica adierint eos querentes
trahi se a Caesare ad quem missi fo
rent. Nec mirum quem palam esset
ipsum quoque eisdem et adsurgere et decede
re via. Corripuit consulares exercitu
bus prepositos quod non de rebus gestis se
natui scriberent quodque de tribuendis qui
dam militaribus donis ad se referrent
quasi non omnium tribuendorum ipsi habe
rent potestatem. Praetorem collaudavit
quod honore inito consuetudinem antiquam
retulisset de maioribus suis pro contio
ne memorandi. Quorundam illustri
um exequias usque ad rogum frequentavit
parem moderationem minoribus quoque et

et personis et rebus exhibuit. Cum Rho
diorum magistratus quod litteras publicas
sine subscriptione ad se dederant evocas
set ne verbo quidem insectatus ac tantum modo
iussos subscribere remisit. Diogenes gram
maticus disputare Rhodi solitus venien
tem eum ut se extra ordinem audiret non
admiserat ac per servulum suum in septi
mum diem distulerat. Hunc Romae salu
tandi sui causa pro foribus adstantem
nihil amplius quam ut septimum annum re
diret admonuit. Praesidibus onera
das tributo provincias suadentibus
rescripsit boni pastoris esse tondere pe
cus non deglubere seu decoriare. Pau
latim principem exeruit praestititque et
si varium diu commodiorem tamen saepius et
ad utilitates publicas proniorem. Ac pri
mo eatenus interveniebat ne quid per
peram fieret. Itaque et constitutiones sena
tus quasdam rescidit et magistratibus
pro tribunali cognoscentibus plerumque
se offerebat consiliarium. Assidebatque
iuxta vel ex adverso in parte primori.
Et si quem reorum elabi gratia rumor es
set subitus aderat. Iudicesque aut e pla
no aut quaesitoris tribunali legum et
religionis et noxae de qua cognosce
bant admonebat. Atque etiam si qua
in publicis moribus desidia aut ma
la consuetudine laberent corrigenda
suscepit. Ludorum ac munerum impensas
corripuit mercedibus scenicorum recisis
paribusque gladiatorum ad certum numerum
redactis. Corinthiorum vasorum pretia
in immensum exarsisse tresque mullos
xxx milibus nummum venisse graviter con
questus adhibendum supellectili modum
censuit temperandam. Dato aedilibus
negotio popinas ganeasque usque eo in
hibendi ut ne opera quidem pistoria
proponi venalia sinerent. Et ut parsi
moniam publicam exemplo quoque iu
varet solemnibus ipse cenis pridiana
saepe et semesa obsonia apposuit di
midiatumque aprum affirmans omnia
eadem habere quae totum. Quotidiana oscu
la edicto prohibuit. Item strenarum
commercium ne ultra Kal. Ian. exercere
tur. Consueverat quadruplam strenam
et de manu reddere sed offensus inter
pellari se toto mense ab his qui potestate sui
bi die festo non habuisset ultra non tulit

Matronas prostratae pudicitiae quibus
accusator publicus deesset ut propinqui
more maiorum de communi sententia co-
ercerent auctor fuit. Equitem quoque ro-
manum iurisiurandi gratia fecit uxorem in stu-
pro generi compertam dimitteret qua-
se numquam repudiaturum ante iuraverat. Fe-
minae famosae ut ad evitandas legum
poenas iure ac dignitate matronali ex-
solverentur lenocinium profiteri coepe-
rant et ex iuventute utriusque ordinis pro-
fligatissimus quisque quo minus in ope-
re scenae arenaeque edenda senatus con-
sulto teneretur famosi iudicii notam
sponte subibant. Eos easque omnes ne quod
refugium in tali causa fraude cuiusquam esset
exilio affecit. Senatori latum clavum ade-
mit cum cognovisset sub kal. Iulii
demigrasse in ortos quo vilius post
diem aedes in urbe conduceret. Alium
e quaestura removit quod uxorem pridie sor-
titione ductam postridie repudiasset.
Externas caerimonias Aegyptios Iudai-
cosque ritus compescuit coactis qui supersti-
tione ea tenebantur religiosas vestes cum
instrumento omni comburere. Iudeorum o-
mnium iuventutem per speciem sacra-
menti in provincias gravioris caeli
distribuit reliquos gentis eiusdem vel
similia sectantes urbe summovit sub poe-
na perpetuae servitutis nisi obtemperassent.
Expulit et mathematicos sed deprecanti-
bus ac se artem desituros promittentibus ve-
niam dedit. Inprimis tuendae pacis
a grassaturis ac latrociniis seditionumque
licentia curam habuit. Stationes militum
per Italiam solito frequentiores disposuit.
Romae castra constituit quibus praeto-
rianae cohortes vagae ante id tem-
pus et per hospitia dispersae continere-
ntur. Populares tumultus exortos gra-
vissime coercuit et ne orirentur sedulo
cavit. Caede in theatro per discordiam
admissa capita factionum et histriones
propter quos dissidebatur relegavit nec
ut revocaret umquam precibus populi po-
tuit evinci. Cum Pollentina plebs funus
cuiusdam primipilaris non prius ex foro
misisset quam extorta pecunia per vim
heredibus ad gladiatorium munus cohorte
ab urbe et aliam a Cotti regno dissimu-
lata itineris causa detectis repente ar-
mis concinentibusque signis per diversas

oppidum immisit ac partem maiorem plebis
ac decurionum in perpetua vincula coniecit.
Abolevit et ius moremque asylorum quae
usquam erant. Cyzicenis in cives Romanos violentius
quaedam ausis publice libertatem ademit
quam Mithridatico bello meruerant. Hosti-
les motus nulla postea expeditione sus-
cepta per legatos compescuit ne per eos
quidem nisi cunctanter et necessario. Re-
ges infestos suspectosque comminationibus
magis et querelis quam vi repressit quosdam
per blanditias atque promissa extractos ad
se non remisit ut Marobodum Germa-
num Rhascuporim Thracem Archelaum Ca-
padocem cuius etiam regnum in formam pro-
vinciae redegit. Biennio continuo post ad-
eptum imperium pedem porta non extulit.
Sequenti tempore praeterquam in propinqua
oppida et cum longissime Antio tenus numquam
afuit id quoque per raro et paucos dies quamvis
provincias quoque et exercitus revisurum se
saepe pronuntiasset et prope quotannis
profectionem praeparasset vehiculis compre-
hensis commeatibus per municipia et co-
lonias dispositis ad extremum vota pro itu
et reditu suo suscipi passus ut vulgo ia-
m per iocum Callippides vocaretur quem cursita-
re ac ne cubiti quidem mensuram progredi
proverbio graeco notatum est. Sed orba-
tus utroque filio quorum Germanicus in Sy-
ria Drusus Romae obierat secessum Campa-
niae petit constanti opinione et sermone pae-
ne omnium quasi neque rediturus umquam et cito
etiam mortem obiturus. Quod paulo mi-
nus utrumque evenit. Nam neque Romam amplius
rediit. Sed paucos dies post iuxta Tarra-
cinam in praetorio cui Speluncae nomen
est incenante eo complura et ingentia
saxa fortuito superne dilapsa sunt mul-
tis convivarum et ministrorum elisis praeter
spem evasit. Peragrata Campania cum
Capuae Capitolium Nolae templum Augusti
quam causam profectionis praetenderat
dedicasset Capreas se contulit praecipue
delectatus insula quod uno parvoque litto-
re adiretur septa undique praeruptis im-
mensae altitudinis rupibus et profundo
maris. Statimque revocante assidua
obtestatione populo propter cladem
qua apud Fidenas supra viginti hom-
inum milia gladiatorio munere amphitea-
tri ruina perierant transiit in conti-
nentem potestatemque omnibus adeundi sui fecit

tanto magis quod urbe egredientem nequis se
se interpellaret edixerat ac toto itine
re adeuntes submouerat Regressus in
insulam rei p. quidem usque adeo abiecit
ut postea non decurias equitum umquam sup
pleuit non tribunos militum praefectos
quod non prouinciarum presides ullos mu
tauerit Hyspaniam et Syriam per aliquot
annos sine consularibus legatis habue
rit Armeniam a Parthis occupari Moe
siam a Dacis Sarmatisque Gallias a Ger
manis uastari neglexerit magno de
decore imperii nec minore discrimine
Ceterum secreti licentiam nactus et quasi
a ciuitatis oculis remotus cuncta simul
uicia male diu dissimulata tandem pro
fudit De quibus singillatim ab exordio re
feram In castris tiro etiam quem pro
pter nimiam uini auiditatem pro Tibe
rio Biberius pro Claudio Caldius pro
Nerone Mero uocabatur Postea princeps
in ipsa publicorum morum correctione cum
Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continu
um biduum epulando potandoque consu
psit Quorum alteri Syriam prouinciam
alteri praefecturam urbis confestim de
tulit Codicillis quoque iocundissimos et omnium
horarum amicos professus Sextio Cla
dio libidinoso ac prodigo seni olim
ab Augusto ignominia notato et a se
ante paucos dies apud senatum increpi
to cenam ea lege condixit ne quid ex consue
tudine mutaret aut demeret utque nu
dis puellis ministrantibus cenaret Igno
tissimum questure candidatum nobilissimis
ante posuit ob epotam in conuiuio propi
nante se uini amphoram Asellio Sa
bino sestertia ducenta donauit pro dya
logo in quo boleti et ficedule et ostreae
et turdi certamen induxerat Nouum
denique officium instituit a uoluptatibus
preposito equite R. T. Cesonio Prisco
Secessu uero Caprensi etiam sellaria
excogitauit sedem archanarum libidinum
in quam undique conquisiti puellarum
et exoletorum greges monstrosique con
cubitus repertores quos spinthrias ap
pellabat triplici serie conexi inuicem
se incestarent coram ipso ut aspectu de
ficientes libidines excitaret Cubicu
la plurifariam disposita tabellis ac si
gillis lasciuissimarum picturarum et figu
rarum adornauit libris quoque Elephantide

instruxit ne cui in opera edenda exemplar
imperate scheme deesset In siluis quoque ac ne
moribus passim Venerios locos commentus
est prostantes quod per antra et cauas
rupes ex utriusque sexus pube Paniscorum
et Nympharum habitu quod palam iam et
uulgo nomine insule abutentes Caprineum
dictitabant Maiore adhuc et turpiore
infamia flagrauit uix ut referri audi
ri ne nedum credi fas sit quasi pueros prime
teneritudinis quos pisciculos uocabat in
stitueret ut natanti sibi inter femina
uersarentur ac luderent lingua mor
su quoque sensim appetentes atque etiam quasi in
fantes firmiores necdum tamen lacte depul
sos inguini ceu papille admoueret
pronior sane ad id genus libidinis et
natura et etate Quare Parrhasii quoque
tabulam in qua Meleagro Atalanta
ore morigerabatur legatam sibi sub condi
tione ut si argumento offenderetur
decies pro ea sestertium acciperet non
modo pretulit sed etiam in cubiculo dedica
uit Fertur etiam in sacrificando quon
dam captus facie ministri acerram prefere
ntis nequiuisse abstinere quin pene uix
dum re diuina peracta ibidem statim seduc
tum constupraret simul quod fratrem eius
tibicinem atque utrique mox quod mutuo
flagicium exprobrauerant crura fregisse
Feminarum quoque et quidem illustrium
capitibus quanto opere solitus sit illudere
euidentissime apparuit Malloniae
cuiusdam exitu quam producta nec quic
quam amplius pati constantissime recu
santem delatoribus obiecit ac ne ream
quidem interpellare desiit et quid pe
niteret donec ea relicto iudicio domum
se abripuit ferroque transegit obscen
itate oris hirsuto atque olido seni clare
exprobrata Unde mora in Atella in
to exodio proximis ludis assensu ma
ximo excepta percrebuit hyrcum uetu
lum capreis natura ligurire Pecu
nie parcus ac tenax comites peregri
nationum expeditionumque numquam salario
cibariis tantum sustentauit una modo
liberalitate ex indulgentia uitrici p
secutus cum tribus classibus facte pro digni
tate cuiusque prime sexcentena sester
tia secunde quadringenta distribuit
ducenta tertiae quam non amicorum sed
Graecorum appellabat Princeps neque

opera ulla magnifica fecit nam et que sola
susceperat Augusti templum restitutionem
que pompeiani theatri imperfecta post
tot annos reliquit neque spectacula omnino
edidit et hiis que ab aliquo ederentur
rarissime interfuit ne quid exposceretur
utique postquam comoedum actium coactus
manumittere paucorum senatorum inopia
sustentata ne pluribus opem ferret ne
gavit se aliis subventurum nisi sena
tui iustas necessitatium causas probasset
Quo pacto plerosque modestia et pudore
deterruit in quibus Hortalum Q. Hor
tensii oratoris nepotem qui permodica
re familiari auctore augusto quatuor
liberos tulerat Publice bis omnino exhibuit
proposito milies sestertium gratuito in tri
enni tempus et rursus quibusdam dominis in
sularum que in monte Caelio deflagra
rant pretio restituto Quorum alterum
magna difficultate nummaria populo
auxilium flagitante coactus est facere cum
per senatus consultum sanxisset ut fe
neratores duas patrimonii partes in
solo collocarent debitores totidem aeris
alieni statim solverent nec res expediretur
alterum ad mitigandum temporum atroci
tatem Quod tamen beneficium tanti aestima
vit ut montem Caelium appellatione mu
tata vocari augustum iusserit Militi post
duplicata ex augusti testamento lega
ta nihil umquam largitus est preterquam sin
gula milia denariorum pretorianis
quod Seiano se non accomodassent et quedam
munera Syriacis legionibus quod sole nul
lam imaginem inter signa coluissent at
que missiones veteranorum rarissimas fe
cit ex senio mortem ex morte compendium
captans Ne provincias quidem liberali
tate ulla sublevavit excepta Asia disiectis
terremotu civitatibus Procedente mox tem
pore etiam ad rapinas convertit animum Sa
tis constat Cn. Lentulum augurem cui census
maximus fuerit metu et angore ad fa
stidium vitae ab eo actum et ut ne quo nisi
ipso herede moreretur condemnatam et gene
rosissimam feminam Lepidam in gra
tiam Quirini consularis predivitis
et orbi qui dimissam eam e matrimonio post
vicesimum annum veneni olim in se compara
ti arguebat preterea Galliarum et Hispa
niarum Syriaeque et Graeciae principes con
fiscatos ob tam leve ac tam impudens

calumniarum genus ut quibusdam non
aliud sit obiectum quam quod partem rei fami
liaris in pecunia haberent plurimis et
civitatibus et privatis veteres et im
munitates et ius metallorum ac vectigalium
adempta Sed et Vononem regem Par
thorum qui pulsus a suis quasi in fidem popu
li Ro. cum ingenti gaza Antiochiam rece
perat spoliatum perfidia et occisum Odium
adversus necessitudines in Druso primum
fratre detexit prodita eius epistola qua se
cum de cogendo ad restituendam liberta
tem augusto agebat deinde et in reliquis
Iuliae uxori tantum afuit ut relegatae quod
minimum est officii aut humanitatis aliquid
impartiret ut ex constitutione patris uno
oppido clausam domo quoque egredi et commercio
hominum frui voluerit Sed et peculio conces
so a patre prebitisque annuis fraudavit per
speciem publici iuris quod nichil augustus de
his testamento cavisset Matrem Livi
am gravatus velut partes sibi aequas
potentiae vindicantem et congressum eius
vitavit et longiores secretioresque sermo
nes ne consiliis quibus tamen interdum et
egere et uti solebat regi videretur Tu
lit etiam perindigne actum in senatu ut
titulis suis quasi augusti ita et Liviae fi
lius adiceretur Quare non parentem patriae
non ullum insignem honorem recipere publi
ce passus est sed et frequenter admonuit
quod maioribus nec feminae convenientibus
negotiis abstineret precipue ut animad
vertit incendio iuxta aedem Vestae et
ipsam intervenisse populumque et milites
quo enixius opem ferrent adhortatam si
cut sub marito solita esset Dehinc ad simul
tatem processit hac ut ferunt de causa In
stanti saepius ut civitate donatum in de
curias allegeret negavit se alia condicio
ne allecturum quam si pateretur ad scri
bi albo extortum id sibi a matre At illa com
mota veteres quosdam ad se Augusti co
dicillos de acerbitate et intolerantia
morum eius e sacrario protulit ac recita
vit Hos et custoditos tamdiu et expro
bratos tam infeste adeo graviter tu
lit ut quidam putent inter causas se
cessus hanc ei vel precipuam fuisse Toto
quidem triennio quo vivente matre abfuit
semel omnino eam nec amplius quam uno die
paucissimis vidit horis ac mox neque ae
gre adesse curavit defunctamque et dum

adductus sui speciem fecit et pluribus dierum
mora corrupto demum ac tabido corpore
funeratam prohibuit consecrari quasi
id ipsa mandasset. Testamentum quoque eius
pro irrito habuit omnesque amicitias
et familiaritates et quibus ea funeris
sui curam moriens demandaverat intra
breve tempus afflixit. Uno ex his
equestris ordinis viro et in antliam
condempnato. Filiorum neque naturalem
drusum neque adoptivum germanicum patria
caritate dilexit alterius vitiis infensus.
Nam drusus tam fluxioris vitae remissio-
risque vitae erat. Itaque ne mortuo qui-
dem perinde affectus est sed tantum non
statim a funere ad negotiorum consue-
tudinem rediit longiore inhibito iustitio.
Quin et iliensium legatis paulo serius conso-
lantibus quasi obliterata iam doloris
memoria irridens se quoque respondit vicem
eorum dolere quod egregium civem hectorem
amisissent. Germanico usque adeo obt-
rectavit ut et preclara facta eius pro
supervacuis elevarit et gloriosissimas
victorias ut dampnosas rei publicae increparet.
Quod vero alexandriam propter immen-
sam et repentinam famem inconsul-
to se adisset questus est in senatu. Et
causa mortis fuisse ei per Cn. piso-
nem legatum syriae creditur. Quem
mox huius criminis reum putant quidam
mandata prolaturum nisi ea secreto
ostentarent quae multifariam con-
scriptum et per noctes celeberrime
adclamatum est redde germanicum.
Quam suspicionem confirmavit ipse
postea coniuge etiam ac liberis germa-
nici crudelem admodum afflictis. Nurum
agrippinam post mariti mortem liberius
quiddam questam manu apprehendit grae-
coque versu. Si non dominaris inquit filio-
la iniuriam te accipere existimas.
Nec ullo mox sermone dignatus est.
Quondam vero inter cenam porre-
cta a se poma gustare non ausam eti-
am vocare desiit simulans se vene-
ni crimine accersi cum prestructum
utrumque consulto esset ut et ipse tempta-
di gratia offerret et illa quasi certissimum
exitium caveret. Novissime calumniatus
modo ad statuam augusti modo ad
exercitus confugere velle pandatariam
relegavit conviciantique oculum per

centurionem verberibus excussit. Rursus
mori inedia destinanti per vim ore
diducto infulciri cibum iussit. Sed et
perseverantem atque ita absumptam
criminosissime insectatus est cum diem
quoque natalem eius inter nefastos re-
ferendum suasisset. Imputavit etiam
quod non laqueo strangulatam in gemo-
nias abiecerit proque tali clementia
interponi decretum passus est quo sibi gratiae
agerentur et capitolino iovi donum
ex auro sacraretur. Cum ex germani-
co tres nepotes neronem et drusum
et gaium ex druso unum tyberium habe-
ret destitutus morte liberorum maiores
natu de germanici filiis neronem et
drusum patribus conscriptis commendavit
diemque utriusque tirocinii congiario
plebi dato celebravit. Sed ut compe-
rit ineunte anno pro eorum quoque salu-
te publice vota suscepta egit cum
senatu non debere talia premia tri-
bui nisi expertis et aetate provectis.
Atque ex eo patefacta interiore animi sui
nota omnium criminationibus obnoxios
reddidit variaque fraude inductos ut
et concitarentur ad convicia et concita-
ti proderentur accusavit per litteras ama-
rissime congestis etiam probris et
iudicatos hostes fame necavit ne-
ronem in insula pontia drusum in ima
parte palatii. Putant neronem in in-
sula pontia ad voluntariam mortem
coactum cum ei carnifex quasi ex senatus
auctoritate missus laqueos et uncos
ostentaret druso autem adeo esse ali-
menta subducta ut tomentum e culcita
temptaverit mandere amborum sic
reliquias dispersas ut vix quandoque col-
ligi possent. Super veteres ac fami-
liares amicos viginti sibi e numero
principum civitatis depoposcerat velut
consiliarios in negotiis publicis. Horum
vix duos anne tres incolumes
prestitit ceteros alium alia de causa
perculit. Inter quos cum plurimo-
rum clade aelium seianum quem ad summam
potentiam non tam benivolentia
provexerat quam ut esset cuius ministerio ac
fraudibus germanici liberos circumveni-
ret nepotem ex druso filio natu-
ralem ad successionem imperii confirma-
ret. Nihilo lenior in convictores graecos

culos quibus vel maxime acquiescebat ze
nonem quendam exquisitius sermocina
tem quom interrogasset que nam illa
tam molesta dialectos esset et ille respo
disset doriadem relegavit cynariam
existimans exprobratum sibi veterem se
cessum quod dorice rhodii loquantur. Item
quom soleret ex lectione quottidiana
questiones super cenam proponere
comperisset quod seleucum gramaticum a
ministris suis perquirere quos quoque tempore
tractaret auctores atque ita preparatum
venire primum a contubernio removit de
inde etiam ad mortem compulit. Seva ac
lenta natura ne in puero quidem latuit
quam theodorus Gadareus rethorice pre
ceptor et perspexisse primus sagaciter
et assimilasse aptissime visus est sub
inde in obiurgando appellans eum

id est lutum a sanguine maceratum. Sed aliquan
to magis in principe eluxit etiam inter
initia quom adhuc favorem hominum mo
derationis similitudine latione capta
ret. Scurram qui preterevente funere cla
re mortuo mandarat ut nuntiaret
Augusto nondum reddi legata que plebi
reliquisset ad tractum ad se recipere de
bitum ducique ad supplicium imperavit et
patri suo verum referre. Nec multo post
in senatu pompeio cuidam equiti ro.
quiddam pernegati dum vincula mina
tur. Affirmavit fore ut ex pompe
io pompeianus fieret acerba cavillatione si
mul hominis nomen incessens veterem
quod partium fortunam. Sub idem tempus
consulente ~~templo~~ pretore an iudi
tia maiestatis cogi iuberet exercendas
esse leges respondit et atrocissime
exercuit. Statuae quidam augusti ca
put demperat ut alterius impo
neret. Acta res in senatu et quia am
bigebat per tormenta quesita est damna
to reo paulatim genus calumnie eo
pressit ut hec quoque capitalia essent
circa augusti simulacrum servum
cecidisse vestimenta mutasse nummo
vel anulo effigiem impressam latrine
vel lupanaria intulisse dictum ullum fac
tum ve eius existimatione aliqua lesisse.
Perit denique et his qui honorem e
dem in colonia sua eodem die decerni
sibi passus est quo decreti et augusto

olim erant. Multa preterea specie gra
vitatis ac morum corrigendorum sed et
magis naturae obtemperans ita seve
et atrociter factitavit ut nonnulli v
ersiculis quoque et presentia exprobra
rent et futura denuntiarent mala
Asper et immitis breviter vis omnia dicam
Dispeream si te mater amare potest. Non es eques
es quare non sunt tibi milia centum. Omnia
si queras et rhodus exilium est. Aurea
mutasti saturni secula cesar. Incolu
mi nam te semper ferrea erunt. Fa
stidit vinum quia iam sitit iste cruorem
Tam bibit hunc avide quam bibit ante
merum. Aspice felicem sibi non tibi romu
le syllam. Et marium aspice
sed reducem. Nec non antonii civilia
bella moventis. Non semel infectas
aspice caede manus. Et dic roma pe
rit. regnavit sanguine multo ad re
gnum quisquis venit ab exilio. Que a
primo quasi ab impatientibus remediorum
ac non tam ex animi sententia quam bile et
stomacho fingerentur volebat accipi
dicebatque identidem oderint dum pro
bent. Deinde vera plane certaque esse ipse
fecit fidem. In paucis diebus quam capreas
attigit piscatori qui sibi secretum age
nti grandem mullum inopinanter obtu
lerat perfricari eodem pisce faciem
iussit territus quod is a tergo insulae
per aspera et devia erepsisset ad se
gratulanti autem inter penam quod non
et locustam quam pregrandem ceperat ob
tulisset locusta quoque lacerari os imperavit
militem pretorianum ob subreptum
e viridario pavonem capite punivit
In quodam itinere lectica qua veheba
tur vepribus impedita exploratorem viae
primarum cohortium centurionem stratum hu
mi pene ad necem verberavit. Mox
in omne genus crudelitatis erupit
nunquam deficiente materia quom primo
matrem deinde nepotem et nurum postre
mo seiani familiares atque etiam nota
tos persequeretur post cuius interi
tum vel sevissimus extitit quo maxime
apparuit non tam ipsum a seiano concitari
solitum quam seiano querenti occasiones
subministrasse. Et si commentario quem de
vita sua summatim breviter ue compo
suit ausus est scribere seianum se pu
nisse quod comperisset furore adversus

liberos germanici germanici filij sui
quorum ipse alterum suspecto iam alte
rum oppresso demum seiano interemit
Singillatim crudeliter facta eius exequi
longum esset. Genera volut exemplaria
a sevicie enumerare sat erit. Nullus
a poena hominum cessavit dies ne religio
sus quidem ac sacer. animadversum in quos
dam etiam anno novo. Accusati quidem
nati que multi cum liberis atque etiam uxo
ribus suis. interdictum ne capite dampna
tos propinqui lugerent. decreta accu
satoribus precipua premia nonnumque et
testibus. nemini delatorum fides abroga
ta. omne crimen pro capitali receptum
etiam paucorum verborum simplicium. que
verborum obiectum et poete quod in trage
dia agamenonem probris lacessisset
obiectum et hystorico quod Brutum Cassium
que ultimos romanorum dixisset. Animad
versum in auctores statimque scripta que
abolita quamvis probarentur ante ali
quod annos etiam augusto audien
te recitata. Quibusdam custodie tra
ditis non modo studendi solatium adem
ptum sed etiam sermonis et colloquij
usus. Citati ad causam dicendam par
tim se domi vulneraverunt certi dampna
tionis et ad vexationem ignominiamque vi
tandam partim in media curia ve
nenum hauserunt. Et tamen colligatis vul
neribus ac semianimes palpitantes
que adhuc in carcerem rapti. Nemo pu
nitorum non et inter gemonias abiectus
uncoque tractus. viginti uno die abiecti
tractique. Inter eos pueri et femine
et pueri Immature inmaturae puel
le quia more tradito nephas esset
virgines strangulari viciatae prius
a carnifice deinde strangulatae. Mori
volentibus vis adhibita vivendi. Nam
mortem adeo leve supplicium putabat ut cum
audisset unum e reis carnullum nomine
anticipasse eam exclamavit Carnu
lus me evasit et in recognoscendis
custodiis precanti cuidam poene matu
ritatem respondit nondum tecum in graciam re
dij annalibus suis vir consularis inse
ruit frequenti quondam convivio cui
et ipse affuerit interrogatum eum subito
et clare a quodam nano astante men
se inter capreas Cur paconius ma
iestatis reus tam diu viveret statim

quidem petulantiam lingue obiurgasse
se Ceterum post paucos dies scripsisse
senatui ut de pena ~~[illegible]~~ paconij quam p
rimum statueret. Auxit intendit saeviciamque
exacerbatus indicio de morte filij sui
drusi. Quem cum morbo et intemperantia
perisse existimaret ut tandem veneno
interemptum fraude liuillae uxoris at
que seiani cognovit neque tormentis neque
supplicio cuiusque pepercit soli huic cogni
tioni adeo per totos dies deditus et
intentus ut rhodiensem hospitem quem fa
miliaribus litteris romam evocabat
advenisse sibi nunciatum torqueri sine
mora iusserit quasi aliquis ex necessariis
questioni adesset deinde errore detecto
et occidi ne vulgaret iniuriam. Carni
ficinae eius ostenditur locus capreis
unde dampnatos post longa et ex
quisita tormenta precipitari coram se
in mari iubebat excipiente classiari
orum manu et contis atque remis elide
re cadavera ne cui residui spiritus
quicquam inesset. Excogitaverat autem
inter genera cruciatus etiam ut larga
meri potione per fallaciam oneratos
repente veretris deligatis fidicularum
simul urinae que tormento distenderet.
Quod nisi eum et mors prevenisset et tra
sillus consulto ut aiunt differre quedam
spe longioris vite compulisset plu
res aliquanto necaturus ac ne reliquis
quidem nepotibus parsurus creditur
quoniam et Gaium suspectum haberet
et tiberium ut ex adulterio conceptum
aspernaretur. Nec abhorret a vero. Nam
identidem felicem priamum vocabat quod su
perstes omnium suorum extitisset. Quam inter
hec non modo invisus ac detestabilis sed pre
trepidus quoque et contumeliis obnoxius
vixerit multa indicia sunt. Aruspi
ces secreto ac sine testibus consuli vetu
it. Vicina vero urbi oracula etiam dis
sicere conatus est sed maiestate prene
stinarum sortium territus destitit quoniam
obsignatas devectasque roma non
reperisset in archa nisi relata rursus
ad templum. Unum et alterum consulares
oblatis provinciis non ausus dimittere
usque eo detinuit donec successores
post aliquot annos presentibus daret cum
interim manente officij titulo etiam
delegaret plurima assidue quae

illi per legatos et adiutores suos ex
equitendi curarent Rutu et nepotibus
numquam aliter post dominationem quam calce
natos obsultat quam lectica loco movit
prohibitus per militem obviis ac viato
ribus respicere vel consistere Seia
num res novas molientem quamvis iam
et natalem eius publice ce
lebrari et imagines aureas colla pas
sim videret vix tandem et astu ma
gis ac dolo quam principali auctoritate
subvertit Nam primo ut a se per spe
ciem honoris dimitteret collegam
sibi adsumpsit in quinto consulatu
quem longo intervallo absens ob id
ipsum susceperat deinde spe affinita
tis ac tribuniciae potestatis deceptum
inopinantem criminatus est pudenda
miserandaque oratione cum inter
alia patres precarentur mitteret al
terum ex consulibus qui se senem et
solum in conspectu eorum cum aliquo
militari presidio perduceret Sic quoque
diffidens tumultumque metuens Dru
sum nepotem quem vinculis adhuc
Rome continebat solvi si res posce
ret ducemque constitui praeceperat
Aptatis etiam navibus ad quascumque le
giones meditabatur fugam specu
labundusque ex altissima rupe identidem
signa quae ne nuntii morarentur tolli pro
cul et quicquid factum foret man
daverat verum et oppressa coniuratione
Seiani nihilo securior aut constantior
per novem proximos menses non egressus
e villa quae vocatur Iovis Ure
bant insuper anxiam mentem varia
undique convicia nullo non damnatorum
omne probri genus coram vel per libel
los in orchestra positos ingerente Qui
bus quidem diversissime afficieba
tur modo ut pre pudore modo ignota
et celata cuncta caperet non numquam
ea contemperet et proferret ultro
atque vulgaret Quin et Artabani
Parthorum regis laceratus est litteris
parricidia et cedes et ignaviam et lu
xuriam obiicientis monentisque ut vo
luntaria morte maximo iustissimoque
civium odio quam primum satisfaceret Postre
mo semet ipse pertesus talis epistolae
principio tantum non summam malorum suo
rum professus est Quid scribam vobis

patres conscripti aut quid scribam a
quid omnino non scribam hoc tempore dii me
deaeque peius perdant quam quotidie
perire sentio si scio Existimant quidam
prescisse haec eum peritia futurorum ac
multo ante quanta se quandoque
acerbitas et infamia maneret pro
spexisse ideoque ut imperium inierit
et patris patriae appellationem et ne in
acta sua iuraretur obstinatissime
recusasse ne mox maiore dedecore
impar tantis honoribus inveniretur
Quod sane et ex oratione eius quam
de utraque re habuit colligi potest
vel cum ait similem se semper sui fu
turum nec umquam mutaturum mores su
os quamdiu sanae mentis fuisset sed exem
pli causa cavendum esse ne se senatus in
acta cuiusquam obligaret quia aliquo
casu mutari posset Et rursus si quando
autem inquit de moribus meis devoto
que vobis animo dubitaveritis quod prius
quam eveniat opto ut me supremus
dies huic mutatae vestrae opinioni
eripiat nihil honoris adiciat mi
hi patria appellatio vobis autem exp
robrabit aut temeritatem delati mihi
eius cognominis aut inconstantiam con
trarii de me iudicii Corpore fuit
amplo atque robusto statura quae
iustam excederet latus ab humeris et
pectore ceteris quoque membris us
que ad imos pedes aequalis et congruens
sinistra manu agiliore ac validio
re articulis ita firmis ut recens
et integrum malum digito terebraret
caput pueri vel etiam adolescentis ta
litro vulneraret Colore erat candi
do capillo pone occipitium summissio
re ut cervicem etiam subtegeret quod
gentile in illo videbatur facie hone
sta in qua tamen crebri et subiti tu
mores cum pregrandibus oculis et
qui quod mirum esset noctu etiam et in
tenebris viderent sed ad breve et
cum primum e somno patuissent
deinde rursum hebescebant Incedebat
cervice rigida et obstipa adducto fe
re vultu plerumque tacitus nullo aut ra
rissimo etiam cum proximis sermone
eoque tardissimo nec sine molli qua
dam digitorum gesticulatione Quae
omnia ingrata atque arrogantiae plena

et animaduertit Augustus in eo et excusa
re temptauit sepe apud senatum et popu
lum professus est nature vitia esse non ani
valitudine prosperrima vsus est tempore quidem
principatus pene toto prope illesa cum
a tricesimo etatis anno arbitratu ea
suo rexerit sine adiumento consilio ve
medicorum Circa deos ac religiones ne
gligentior quippe addictus mathematice
plenusque persuasionis cuncta fato agi
Tonitrua tamen preter modum expauesce
bat et turbatiore celo numquam non coro
nam lauream capite gestauit quod ful
mine afflari negetur id genus frondis
Artes liberales vtriusque generis studio
sissime coluit In oratione latina secutus
est Coruinum messalam quem senem adole
scens obseruabat sed affectatione et mo
rositate nimia obscurabat stilum ut aliquan
to ex tempore quam a cura prestancior ha
beretur Composuit et carmen liricum
cuius est titulus conquestio de morte L. Ce
saris fecit et greca poemata imitatus
Euphorionem et Rhianum et parthenium quibus
poetis admodum delectatus scripta eo
rum et imagines publicis bibliotecis
inter precipuos veteres auctores de
dicauit Quod ob hoc plerique eruditorum
certatim ad eum multa de hiis edi
derunt Maxime tamen curauit noticiam
historie fabularis usque ad ineptias
atque derisum Nam et grammaticos quod
genus precipue hominum ut diximus appe
tebat Eiusmodi fere questionibus expe
riebatur que mater hecube quod achil
nomen inter virgines fuisset quod si
renes cantare sint solite et quo primo die
post excessum augusti curiam intrauit
quasi pietati simul ac religioni satisfac
turus minoris exemplo thure quidem
ac vino verum sine tibicine supplicauit
vt ille olim in morte filii Sermone
greco quamquam et alioquin promptus et faci
lis non tamen usque quaque vsus est abstinu
itque maxime in senatu adeo quidem ut
monopolium nominaturus veniam prius
postularet quod sibi verbo peregrino vten
dum esset Atque etiam quom in quodam
decreto patrum recita
retur commutandam censuit vocem et pro pe
regrina nostratem requirendam a
si non reperiretur vel pluribus et per
ambitum verborum rem enuntiandam. Militem

quoque grece testimonium interrogatum ni
si latine respondere vetuit. Bis omnino to
to secessus tempore romam redire co
natus semel triremi vsque ad proximos
naumachie ortos subuectus est dispo
sita statione per ripas tiberis que ob
uiam prodeuntes submoueret Iterum
appia usque ad septimum lapidem sed prospecte
modo nec aditis vrbis menibus rediit pri
mo incertum qua de causa postea ostento
territus Erat ei in oblectamentis serpens
draco quem ex consuetudine manu sua ciba
turus cum consumptum a formicis inue
nisset monitus est ut vim multitudinis
caueret Rediens ergo propere campa
niam astirae statim in languorem
incidit quo paululum leuatus circeios per
tendit ac ne quam suspicionem infir
mitatis daret castrensibus ludis non
tantum interfuit sed etiam missum in herena
aprum iaculis desuper petiit Statimque
latere conuulso et ut exestuarat affla
tus aura in grauiorem recidit morbum
Sustentauit tamen aliquamdiu quamuis misenum
usque deuectus nichil ex ordine cotidiano
non pretermitteret nec conuiuia quidem
aut ceteras voluptates partim intem
perancia partim dissimulatione Nam
Chariclem medicum quod commeatu afuturus
e conuiuio egrediens manum sibi oscu
landi causa apprehendisset existimans
temptatas ab eo venas remanere
ac recumbere hortatus est cenamque
protraxit Nec abstinuit consuetudine
quin tunc quoque ut stans in medio tri
clinio astante lictore singulos vale
re dicentes appellaret Interim cum
in actis senatus legisset dimissos ac
ne auditos quidem quosdam reos de quibus
strictim et nihil aliud quam nominatos
ab indice scripserat pro contempto se
habitum fremens repetere capreas
quoquo modo destinauit non temere quic
quam nisi ex tuto ausurus Sed tempesta
tibus et ingrauescente vi morbi retentus
paulo post obiit in villa lucullana
octauo et septuagesimo etatis anno ter
tio et xx° imperii xvii kal. aprilis Cn.
Acerronio proculo C. Poncio nigro
consulibus Sunt qui putant venenum ei a Ca
io datum lentum atque tabificum Alii in remissio
ne fortuite febris cibum desideranti nega
tum nonnulli pulvinum iniectum quom extinctum

sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset alicui traditurum Seneca eum scribit intellecta defectione exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse dein rursus aptasse digito et compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem subito vocatis ministris et nemine respondente consurrexisse nec procul a lectulo deficientibus viribus concidisse. Supremo natali suo Apollinem Temenitem et amplitudinis et artis eximiae advectum Siracusis ut in bibliotheca templi novi poneret viderat per quietem affirmantem sibi non posse se ab ipso dedicari et ante paucos quam obiret dies turris Phari terraemotu Capreis concidisset. Ac Miseni cinis e favilla et carbonibus ad calefaciendum triclinium illata extincta iam et diu frigida exarsit repente prima vespera atque in multam noctem pertinaciter luxit. Morte ita letatus est populus ut ad primum nuntium discurrentes pars Tiberium in Tiberim clamitarent pars terram matrem deosque manes orarent ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent alii uncum et Gemonias minarent exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis etiam recenti atrocitate. Nam quom senatus consulto cautum esset ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur forte accidit ut quorundam supplicii dies is esset quo nuntiatum de Tiberio erat. Hos implorantes hominum fidem quia absente adhuc Caio nemo extabat qui adiri interpellarique potuisset custodes ne quid adversus constitutum facerent strangulaverunt abieceruntque in Gemonias. Crevit igitur invidia quasi etiam post mortem tyranni sevitia permanente. Corpus ut moveri a Miseno coepit conclamantibus plerisque Atellam potius deferendum et in amphitheatro semiustulandum Romam per milites deportatum est crematumque publico funere. Testamentum duplex ante biennium fecerat alterum sua alterum liberti manu sed eodem exemplo obsignaverat quoque etiam humillimorum signis. Eo testamento heredes equis partibus reliquit Caium ex Germanico et Tiberium ex Druso nepotes substituitque invicem dedit et legata plerisque inter quos virginibus Vestalibus sed et militibus universis plebique Romane viritim atque etiam separatim vicorum magistris.

Germanicus C. Caesaris pater Drusi et minoris Antoniae filius a Tiberio patruo adoptatus questuram quinquennio antequam per legatos liceret et post eam consulatum statim gessit missusque ad exercitum in Germaniam excessu Augusti nuntiato legiones universas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes et sibi summam rei p. deferentes incertum pietate an constantia maiore compescuit atque mox hoste devicto triumphavit. Consul deinde iterum creatus ac prius quam honorem iniret ad componendum Orientis statum expulsus quom Armeniae regem devicisset Capadociam quoque in provinciae formam redegisset annum agens aetatis quartum et tricesimum diuturno morbo Anthiochiae obiit non sine veneni suspicione. Nam propter livores qui toto corpore erant et spumas quae per os fluitabant cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est cuius ea natura existimatur ut tinctum veneno igne confici nequeat. Obiit autem ut opinio fuit fraude Tiberii ministerio et opera Cn. Pisonis qui sub idem tempus Syriae prepositus nec dissimulans offendendum sibi aut patrem aut filium quasi plane ita necesse esset etiam egrum Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo affecit propter quae ut Romam rediit pene discerptus a populo a senatu capitis damnatus est. Omnes Germanico corporis animique virtutes et quantas nemini cuiquam contigisse satis constat formam et fortitudinem egregiam ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere precellens benivolentiam singularem conciliandaeque hominum gratiae ac promerendi amoris mirum et efficax studium

formae minus congruebat gracilitas crurum sed ea quoque paulatim repleta assidua equi vectatione post cibum. Hostem comminus saepe percussit. Oravit causas etiam triumphalis atque inter cetera studiorum monumenta reliquit et comedias graecas. Domi forisque civilis libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. Sicubi clarorum virorum sepultura cognosceret inferias manibus dabat. Caesorum clade variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus colligere sua manu et comportare primus aggressus est. Obtrectatoribus etiam qualesque et quacumque de causa nactus esset lenis adeo et innoxius ut pisonem decreta sua rescindenti clientulos suos vexanti non prius succensere in animum induxerit quam veneficiis quoque et devotionibus impugnari se comperisset. Ac ne tunc quidem ultra progressus quam ut amicitiam ei more maiorum renuntiaret mandaretque domesticis ultionem si quid sibi accideret. Quarum virtutum fructum uberrimum tulit. Sic probatus et dilectus a suis ut augustus omitto nimirum necessitudines reliquas diu cunctatus an sibi successorem destinaret adoptandum tiberio dederit. Sic vulgo favorabilis ut plurimi tradunt quotiens aliquo adveniret vel sic unde discederet prae turba occurrentium prosequentiumve nonnumquam eum discrimen vitae adisse. E germania vero post compressam seditionem revertenti praetorianas cohortes universas prodisse obviam quamvis pronuntiatum esset ut duae tantummodo exirent. Populum autem romanum sexum aetatem et ordinem omnem usque ad vicesimum lapidem. Tamen longe maiora et firmiora de eo iudicia in morte ac post mortem exstiterunt. Quo defunctus est die lapidata sunt templa subversae deum arae lares a quibusdam familiares in publicum abiecti partus coniugum expositi. Quin et barbaros ferunt quibus intestinum quibusque adversus nos bellum esset velut in domestico communique merore consensisse ad indutias. Regulos quosdam barbam posuisse et uxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus. Regum etiam regem et exercitatione venandi et convictu megistanum abstinuisse quod apud parthos iusti instar est. Romae quidem quom ad primam famam valitudinis attonita et maesta civitas

sequentes indicio operiretur. Et repente iam vesperi incertis auctoribus convaluisse tandem percrebruisset passim cum luminibus et victimis in capitolium concursum est ac paene revulsae templi fores ne quid gestientes vota reddere morarentur. Expergefactus e somno tiberius gratulantium vocibus atque undique concinentium salva roma salva patria salvus est germanicus. Et ut demum fato functum palam factum est non solaciis ullis non edictis inhiberi luctus publicus potuit duravitque etiam per festos decembris mensis dies. Auxit gloriam desideriumque defuncti et atrocitas insequentium temporum cunctis nec temere opinantibus reverentia eius ac metu repressam tiberii saevitiam quae mox eruperit. Habuit in matrimonio agrippinam marci agrippae et iuliae filiam et ex ea novem liberos tulit. Quorum duo infantes adhuc rapti et unus iam puer insignis festivitate cuius effigiem habitu cupidinis in aede capitolinae veneris livia dedicavit. Augustus in cubiculo suo positam quotiensque introiret exosculabatur. Ceteri superstites patri fuere tres sexus feminini agrippina drusilla livilla continuo triennio natae totidem mares nero et drusus et c. caesar. Neronem et drusum senatus tiberio criminante hostes iudicavit. C. caesar natus est pridie kal. septembris patre suo et c. fonteio capitone consulibus. Ubi natus sit incertum diversitas tradentium facit. Cn. lentulus getulicus tiburi genitum scribit. Plinius secundus in treveris vico ambitarvio supra confluentes. Addit etiam pro argumento aras ibi ostendi inscriptas ob agrippinae puerperium. Versiculi imperante mox eo divulgati apud hibernas legiones procreatum indicant. In castris natus patriis nutritus in armis iam designati principis omen erat. Ego in actis anti editum invenio. Getulicum refellit plinius quasi mentitum per adulationem ut ad laudes iuvenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe herculi sacra sumeret abususque audentius mendacio quod ante annum fere natus germanico filius tiburi fuerat appellatus et ipse c. caesar de cuius amabili pueritia immaturoque obitu supra diximus. Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res augusti

memorie mandavit Germanicum exacto
consulatu in Gallia missum consentiunt iam na
to Gaio. Nec Plinii opinionem inscriptio are
quicquam adiuverit, cum Agrippina bis in
ea regione filias enixa sit. Et qualiscum
que partus sine ullo sexus discrimine puer
perium vocetur, quod antiqui et puellas pueras
sicut pueros puellos dictitarent. Extat et
Augusti epistola ante paucos quam obiret
menses ad Agrippinam neptem ita scripta
de Gaio hoc. Neque enim quisquam alius infans
nomine pari tunc supererat. Puerum Gaium
XV kal. Iunii si dii volent ut ducerent
Talarius ac Asellius heri cum his constitui.
Mitto preterea cum eo e servis meis medicum
quem scripsi Germanico si vellet ut re
tineret. Valebis mea Agrippina et dabis
operam ut valens pervenias ad Germanicum
tuum. Abunde apparere arbitror non po
tuisse ibi nasci Gaium quo prope bimulus
demum perductus ab urbe sit. Versiculorum
quoque fidem eadem hec elevant et eo
facilius quia hi sine auctore sunt. Sequenda
est igitur que sola auctoritas restat publi
ci instrumenti, auctoritas presertim cum Ga
ius Antium omnibus semper locis atque se
cessibus prelatum non aliter quam natale solum
dilexerit tradaturque etiam sedem ac domi
cilium imperii tedio urbis transferre eo
destinasse. Caligule cognomen castren
si ioco traxit quia manipulario ha
bitu inter milites educabatur. Apud quos
quantum preterea per hanc nutrimento
rum consuetudinem amoris et gratie va
luerit maxime cognitum est, quom post
excessum Augusti tumultuantes et usque
in furorem precipites solus haud dubie
ex conspectu suo flexit. Non enim prius
destiterunt quam ablegari eum ob seditionis
periculum et in proxime civitatis fidem de
legari animadvertissent. Tunc demum
ad penitentiam versi reprehenso ac re
tento vehiculo invidiam que sibi fieret
deprecati sunt. Comitatus est patrem
et Syriaca expeditione. Unde reversus
primum in matris, deinde ea relegata
in Livie Auguste proavie sue
contubernio mansit. Quam defunctam pre
textatus tunc pro rostris laudavit. Transit
que ad Antoniam aviam et undevicesimo ae
tatis anno accitus Capreas a Tiberio
uno atque eodem die togam sumpsit barbam
que posuit sine ullo honore qualis

contigerat tyrocinio fratrum eius. Hic omni
bus insidiis temptatusque elicientium cogentiumque
se ad querendas nullam umquam occasio
nem dedit, perinde obliterato suorum casu
ac si nihil cuiquam accidisset, que vero ipse
pateretur incredibili dissimulatione transmit
tens. Tantique in avum et qui iuxta erant
obsequii ut non inmerito sit dictum nec servum
meliorem ullum nec deteriorem
dominum fuisse. Naturam tamen sevam atque pro
brosam nec tunc quidem inhibere pote
rat quin et animadversionibus penisque
ad supplicium datorum cupidissime interesset
et ganeas atque adulteria capillamen
to celatus et veste longa noctibus obi
ret ac scenicas saltandi canendique
artes studiosissime appeteret, facile
id sane Tiberio patiente, si per has man
suefieri posset ferum eius ingenium. Quod
sagacissimus senex ita prorsus per
spexerat ut aliquotiens predicaret exi
tio suo omniumque Gaium vivere. Et a se
natricem serpentis id genus populo Romano Phe
tontem orbi terrarum educare. Non
ita multo post Iuniam Claudillam
M. Silani nobilissimi viri filiam duxit uxo
rem. Deinde augur in locum fratris sui
Drusi destinatus, prius quam inauguraretur
ad pontificatum traductus est insigni
testimonio pietatis atque indolis, cum
deserta desolataque reliquis subsidiis
aula, Seiano hoste tunc suspecto mox et
oppresso ad spem successionis paulatim
admoveretur. Quam quo magis con
firmaret amissa Iunia ex partu En
niam Neviam Macronis uxorem, qui
tum pretorianis cohortibus preerat, sollici
tavit ad stuprum pollicitus et matrimo
nium suum si potitus imperio fuisset, deque ea re
et iure iurando et chirographo cavit.
Per hanc insinuatus Macroni veneno
Tiberium aggressus est ut quidam opinantur. Spi
ranti quoque adhuc detrahi anulum et quoniam
suspicionem retinentis dabat pulvinum
iussit inici atque etiam fauces manu sua
oppressit, liberto qui ob atrocitatem facinore
exclamaverat confestim in crucem acto.
Hec abhorret a veritate, quom sint qui
dam auctores ipsum postea et si non de
perfecto at certe de cogitato quondam par
ricidio professum. Gloriatum enim assidue
in commemoranda sua pietate ad ul
ciscendam necem matris et fratrum introisse

se cum pugione cubiculum Tiberii dormientis
et misericordia correptum abiecto ferro
recessisse nec illum quicquam sensisse aut in-
quirere quicquam aut exequi ausum. Sic
imperium adeptus populi Romani vel ut di-
cam hominum generis votis compotem
fecit exoptatissimus princeps maxime pro-
vincialium ac militum quem infantem ple-
rique cognoverant sed et universe ple-
bi Romanae ob memoriam German-
i patris miseratione que prope afflicte
domus. Itaque ut a Miseno movit quam-
vis lugentis habitu et funus Tiberii
prosequens tamen inter altaria et victimas
ardentibus que tedis densissimo et letis-
simo obviorum agmine incessit super
fausta nomina sydus et pullum et pu-
pum et alumnum appellantium. Ingresso-
que urbem statim consensu senatus et
irrumpentis in curiam turbae irritata Tiberii vo-
luntate qui testamento alterum nepo-
tem suum pretextatum adhuc coheredem
ei dederat ius arbitriumque omnium rerum
illi permissum est tanta publica leticia
ut tribus proximis mensibus ac ne to-
tis quidem supra centum lx milia victimarum
cesa tradantur. Quom deinde post pau-
cos dies in proximas Campanie insu-
las traiecisset vota pro reditu suscepta
sunt ne minimam quidem occasionem quisquam
omittente in testificanda sollicitudine
et cura de incolumitate eius. De in-co-lu-
mitate eius. Ut vero in adversam vale-
tudinem incidit pernoctantibus cunctis circa
palatium non defuerunt qui depugnaturos
se armis pro salute aegri quique capi-
ta sua titulo proposito voverent.
Accessit ad immensum civium amorem no-
tabilis etiam extraneorum favor. Nam-
que Artabanus Parthorum rex odium sem-
per contemptumque Tiberii prae se ferens ami-
ciciam huius ultro petiit venit-
que ad colloquium legati consularis et tran-
sgressus Eufratem aquilas et signa
Romana Caesarumque imagines adoravit.
Incendebat et ipse studia hominum omni
genere popularitatis. Tiberio cum plurimis
lacrimis pro contione laudato funera-
toque amplissime confestim Pandate-
riam et Ponciam ad transferendos
matris fratrisque cineres festinavit
tempestate turbida quo magis
pietas emineret. Adiit que venerabun-
dus ac per semet in urnas condidit.
Nec minore scena Ostiam praefixo in
biremis puppe vexillo et inde Romam
Tiberi subvectos per splendidissimum
quemque equestris ordinis medio ac
frequenti die duobus ferculis Mausoleo
intulit inferiasque his annua reli-
gione publice instituit et eo amplius
matri circenses carpentumque quo in pom-
pa traduceretur. At in memoriam pa-
tris Septembrem mensem Germanicum
appellavit. Post haec Antoniae aviae
quecumque unquam Livia Augusta ho-
norum cepisset uno senatusconsulto
congessit. Patruum Claudium equi-
tem Romanum ad id tempus collegam sibi
in consulatu assumpsit. Fratrem Tibe-
rium die virilis togae adoptavit ap-
pellavitque principem iuventutis. De
sororibus auctor fuit ut omnibus sacra-
mentis adiceretur. Neque me liberos-
que meos cariores habeo quam Caium et
sorores eius. Item relationibus consu-
lum quod bonum felixque sit C. Caesa-
ri sororibusque eius. Pari popularita-
te damnatos relegatosque relega-
tos restituit. Criminum signa residua
ex priori tempore manebant omni-
umque fecit commentarios que ad ma-
tris fratrumque suorum causas pertinen-
tes ne cui postmodum delatori aut
testi maneret ullus metus convectos
in forum et ante clare obtestatus deos ne-
que legisse neque attigisse quicquam concre-
mavit. Libellum de salute sua oblatum
non recepit contendens nihil sibi ad-
missum cur cuiquam invisus esset negavitque
se delatoribus aures habere. Spin-
trias monstrosarum libidinum aegre
ut ne in profundo mergeret exoratus
urbe submovit. Titi Labieni Cordi
Cremucii Cassii Severi scripta senatus
consultis abolita requiri et esse in ma-
nibus lectitarique permisit, quando ma-
xime sua interesset ut facta quecumque
posteris tradantur. Rationes imperii
ab Augusto proponi solitas sed a Ti-
berio intermissas publicavit. Magi-
stratibus liberam iurisdictionem et sine sui
appellatione concessit. Equites Roma-
nos severe curioseque et nec sine mo-
deratione recognovit palam adem-
pto equo quibus aut probri aliquid

aut ignominie misisset Equitum qui culpa tenerent nominibus modo in ratione preteritis ut levior labor iudicantibus foret Ad quatuor priores quintam decuriam addidit Temptavit et comiciorum more revocatos suffragia populo reddere Legata ex testamento tiberii quamquam abolito sed et Iulie augustae quod tiberius suppresserat cum fide ac sine calumpnia representata persolvit Ducentesimam aucionem italiae remisit Multis incendiorum dampna supplevit ac si quibus regna restituit adiecit et fructum omnem vectigalium et reditum medii temporis ut Anthiocho Comageno sestercium milies confiscatum Quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur mulieri libertinae octuaginta donavit quod excruciata gravissimis tormentis de scelere patroni reticuisset Quas ob res inter reliquos honores decretus est ei clipeus aureus quem quotannis certo die collegia sacerdotum in capitolium ferrent senatu prosequente nobilibusque pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum eius canentibus Decretum autem ut dies quo cepisset imperium parilia vocarentur vel ut argumentum rursus condite urbis Consulatus quatuor gessit primum ex Kal. Iul. per duos menses Secundum ex Kal. Ian. per xxx dies tertium usque ad idus Ian. Quartum usque septimum idus easdem Ex omnibus duos novissimos coniunxit Tercium autem lugduni iniit solus non ut quidam opinantur superbia negligentiave sed quod defunctum sub kalendarum diem collegam rescisse absens non poterat Congiarium populo bis dedit trecenos sestercios totiens abundantissimum epulum senatui equestrique ordini et coniugibus ac liberis utrorumque posteriore epulo forensia insuper viris feminis ac pueris fascias purpurae ac conchilii distribuit ut letitiam publicam in perpetuum quoque augeret adiecit diem saturnalibus appellavitque iuvenalem Munera gladiatoria partim in amphitheatro tauri partim in septis aliquot edidit quibus inseruit catervas affrorum campanorumque pugilum ex utraque regione electissimorum Neque spectaculis semper

ipse presedit sed interdum aut magistratibus aut amicis presidendi munus iniunxit Scenicos ludos et assidue et varii generis ac multifariam fecit quondam et nocturnos accensis tota urbe luminibus Sparsit et missilia variarum rerum et panaria cum obsonio viritim divisit Qua epulatione equiti Romano contra se hilarius avidiusque vescenti partes suas misit Sed et senatori ob eandem causam codicillos quibus praetorem eum extra ordinem designabat Edidit et circenses plurimos a mane ad vesperam interiecta modo affricanarum venatione modo troiae decursione et quosdam precipuos minio et chrisocolla constrato circo nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus Commisit et subito cum e gelotiana apparatum circi prospicientem pauci e proximis moenianis postulassent Novum atque inauditum genus spectaculi excogitavit Nam Baiarum medium intervallum puteolanas moles trium milium et sescentorum fere passuum ponte coniunxit contractis undique onerariis navibus et ordine duplici ad anchoras collocatis superiectoque terreno aggere ac directo in Appiae viae formam Per hunc pontem ultro citroque commeavit biduo continenti die primo phalerato equo insignisque quercea corona et sceptro et gladio aureaque clamide postridie quadrigario habitu curriculoque biiugi famosorum equorum prae se ferens darium puerum ex parthorum obsidibus comitante praetorianorum agmine et in essede cohorte amicorum Scio plerosque existimasse talem a Caio pontem excogitatum emulatione xerxis qui non sine admiratione aliquanto angustiorem hellespontum contabulaverit Alii ut germaniam et britaniam quibus imminebat alicuius operis fama terreret Sed avum meum narrantem puer audivi causam operis ab interioribus aulicis proditam quod trasillus mathematicus anxio de successore tiberio in verum nepotem proniore affirmasset non magis Caium imperaturum quam per baianum sinum equis discursurum Edidit et peregre spectacula In sicilia siracusis atticos ludos et in gallia lugduni miscellos

Sed hoc etiam quoque graece latineque facundie quo certamine ferunt victoribus premia victos contulisse coactos et laudes componere coactos. Eos autem qui maxime displicuissent scripta sua spongia linguave delere iussos nisi ferulis obiurgari aut flumine proximo mergi maluissent. Opera sub Tiberio semiperfecta templum Augusti theatrumque Pompeii absolvit. Inchoavit autem aqueductum regione Tiburti et amphiteatrum iuxta septa quorum operum a successore eius Claudio alterum peractum omissum alterum est. Syracusis collapsa vetustate moenia deorumque edes refecit. Destinaverat et Sami Policratis regiam restituere Mileti Didimeum peragere In iugo alpium urbem condere sed ante omnia Isthmum in Achaia perfodere miseratque iam ad dimetiendum opus primipilarem. Hactenus quasi de principe reliqua ut de monstro narranda sunt. Compluribus cognominibus assumptis nam et pius et castrorum filius et pater exercituum et optimus maximus cesar vocabatur. Cum audiret forte reges qui officii causa in urbem advenerant concertantes apud se super cenam de nobilitate generis exclamavit: de celo venit nobis rex

Nec multum afuit quin statim diadema sumeret speciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus et regum et principum se excessisse fastigium divinam ex eo maiestatem asserere sibi cepit datoque negotio ut simulacra numinum religione et arte preclara Inter que Olympii Iovis apportarentur e Grecia quibus capite dempto suum imponeret. Partem palatii usque ad forum promovit atque ede Castoris et Pollucis in vestibulum transfigurata consistens sepe inter fratres deos medium adorandum se adeuntibus exhibebat. Et quidam eum Latialem Iovem consalutaverunt. Templum etiam numini suo proprium et sacerdotes et excogitatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum iconicum amiciebaturque cotidie veste quali ipse uteretur. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque et ambitione et licitatione maxima vicibus comparabant. Hostie erant phenicopteri pavones tetraones numidice meleagrides phasiane que generatim per singulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plena fulgentemque lunam invitabat assidue in amplexus atque concubitum. Interdiu vero cum Capitolino Iove secreto fabulabatur modo insusurrans ac prebens invicem aurem modo clarius nec sine iurgiis. Nam vox comminantis audita est

donec exoratus ut referebat et in contubernium ultro invitatus Super templum divi Augusti ponte transmisso palatium Capitoliumque coniunxit. Mox quo propior esset in area Capitolina nove domus fundamenta iecit. Agrippe se nepotem neque credi neque dici ob ignobilitatem eius volebat suscensebatque si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum cesarum insererent. Predicabat autem matrem suam ex incesto quod Augustus cum Iulia filia admisisset procreatam. Ac non contentus hac Augusti insectatione Actiacas Siculasque victorias ut funestas populo romano et calamitosas vetuit sollempnibus feriis celebrari. Liviam Augustam proaviam Ulixem stolatum identidem appellans etiam ignobilitatis quadam ad senatum epistola arguere ausus est quasi materno avo decurione fundano ortam Cum publicis monumentis certum sit Aufidium Lurgonem rome honoribus functum. Avie Antonie secretum petenti denegavit nisi ut interveniret Macro prefecto ac per istiusmodi indignitates et tedia causa extitit mortis dato tamen ut quidam putant et veneno nec defuncte ullum honorem habuit. prospexitque e triclinio ardentem rogum. Fratrem Tiberium inopinantem repente inmisso tribuno militum interemit. Silanum item socerum ad necem secandasque novacula fauces compulit causatus in utroque quod hic ingressum se turbatius mare non esset secutus ac spe occupandi urbem si quid sibi per tempestates accideret remansisset Ille antidotum oboluisset quasi ad precavenda venena sua sumptum

et cum sillanus impatientiam nausiae vi
tasset et molestiam navigandi. etiam ti
berius per assiduam et ingravescentem
tussim medicamento usus esset. Nam
Claudium patruum non nisi in ludibrium re
servavit. Cum omnibus sororibus suis consue
tudinem stupri fecit plenoque convivio
singulas infra se vicissim collocabat
uxore supra cubante. Ex his drusil
lam vitiasse virginem pretextatus ad
huc creditur atque etiam in concubitu eius quon
dam deprehensus ab antonia avia
apud quam simul educabantur. mox l.
cassio longino consulari collocatam
abduxit et in modum iuste uxoris pro
palam habuit. Heredem quoque bonorum
atque imperii eger instituit. Eadem de
functa iustitium indixit. in quo risisse la
visse cenasse cum parentibus aut coniu
ge liberisve capitale fuit. Ac mero
ris impatiens quem repente noctu
profugisset ab urbe transcurrissetque ca
paniam syracusis petit rursusque inde
propere rediit barba capilloque promis
so. nec unquam postea quantiscumque de
rebus ne pro concione quidem popu
li aut militis nisi per numen drusil
le deieravit. reliquas sorores nec cu
piditate tanta nec dignatione dilexit
ut quas sepe exoletis suis prostravit
Quo facilius eas in causa emylii
lepidi condempnavit quasi adulteras et insi
diarum adversus se conscias. Et nec solum
cirographa omnia requisita fraude ac
stupro divulgavit sed et tres gladi
os in necem suam preparatos marti
ultori addito elogio consecravit. Ma
trimonia contraxerit turpius an
dimiserit an tenuerit non est facile
discernere. Liviam horestillam C. pi
sonem nubentem quom ad officium
et ipse venisset ad se deduci imperavit
intraque paucos dies repudiatam bi
ennio post relegavit quod repetisse usu
priores maritum tempore in medio vi
debatur. Alii tradunt adhibitum cenae
nuptiali mandasse ad pisonem contra ac
cubantem. noli uxorem meam premere. sta
timque e convivio abduxisse eam ac pro
ximo die edixisse matrimonium sibi re
pertum exemplo romuli et augusti
lolliam paulinam C. memmii consu
laris exercitus regenti nuptam facta

mentione avie eius ut quondam pul
cherrime subito ex provincia evoca
vit ac perductam a marito coniunxit si
bi brevique missam fecit interdicto cuiusque
in perpetuum coitu. Caesoniam neque fa
cie insignem neque etate integra ma
tremque iam ex alio viro trium filiarum sed
luxurie ac lascivie perdite et ardentius
et constantius adamavit ut sepe cla
mide peltaque et galea ornatam ac
iuxta adequitantem militibus ostenderit
amicis vero etiam nudam uxorio nomine
dignatus est quam enixam uno atque
eodem die professus et maritum se eius et
patrem infantis ex ea nati. Infantem
autem Iuliam drusillam appellatam
per omnium dearum templa circumferens
minerve gremio imposuit alendam
que et instituendam commendavit nec
ullo firmiore iudicio sui seminis esse cre
debat quam feritatis que illi quoque
tanta iam tunc erat ut infestis di
gitis ora et oculos simul ludentium
infantium incesserit. leve ac frigidum
sit his addere quo propinquos ami
cosque pacto tractaverit. Ptholomeum
regis iubae filium consobrinum suum
Erat enim et is marci antonii ex selene
filia nepos. et imprimis ipsum Macro
nem ipsamque Enniam adiutores imperii
quibus omnibus pro necessitudine iure
proque meritorum gratia cruenta mors
persoluta est. Nihilo reverentior le
niorve erga senatum quosdam summis
honoribus functos adesse dum sibi et
currere togatos per aliquot passu
um milia et cenanti modo ad pluteum
modo ad pedes stare succinctos lin
theo passus est. alios cum clam interemis
set citare nichilominus ut vivos perse
veravit paucos post dies voluntaria
morte periisse mentitus. Consuli
bus oblitis de natali suo edicere ab
rogavit magistratum fuitque per tri
duum sine summa potestate respublica.
Questorem suum in coniuratione nomina
tum flagellavit veste detracta subie
ctaque militum pedibus quo firme ver
berantibus insisteret. Simili superbia
violentiaque ceteros tractavit or
dines. inquietatus fremitu gratuita
in circo loca de media nocte occupantium
omnes fustibus abegit. Elisi per eum tumultum

viginti amplius equites ro. totidem
matrone super innumeram turbam
ceteram Scenicis ludis inter plebem et
equitem causam discordiarum serens
decimas maturius dabat ut equestri
ab infimo quoque occuparentur Gladia
torio munere deductis interdum flagran
tissimo sole velis emitti quemquam veta
bat Remoto que ordinario apparatu tabi
dis feris vilissimo senio que confectos
gladiatoribus quosque pegniarios patres fa
miliarum natos in bona parte sed insi
gnis debilitate aliqua corporis subi
ciebat ac nonnumquam horreis preclusis
populo famem indixit Saevitiam
ingenii per haec maxime ostendit
Cum ad saginam ferarum muneri pre
paratarum carius pecudes compararentur
hinc ex noxiis laniandos adnotavit et
custodiarum seriem recognoscens nullius
inspecto elogio stans tantum modo intra por
ticum mediam a calvo ad calvum duci
imperavit Votum exegit ab eo qui pro
salute sua gladiatoriam operam promi
serat spectavitque ferro dimicantem
nec dimisit nisi victorem Et post mul
tas preces Alterum qui se periturum vo
verat ea de causa cunctantem pueris tra
didit verberatum insulatumque votum repo
scentes per vicos agerent quoad precipi
taretur ex aggere Multos honesti or
dinis deformatos prius stigmatum notis
ad metalla aut ad munitiones viarum
aut ad bestias condempnavit aut bestia
rum more quadrupedes cavea coercuit
aut medios serra dissecuit Nec omnes
gravibus ex causis verum male de mu
nere suo opinatos vel quod numquam per geni
um suum deierasset Parentes supplicio filiorum
interesse cogebat Quorum uni valitudinem
excusanti lecticam misit alium a spe
ctaculo pene epulis statim adhibuit at
que omni comitate ad hilaritatem et iocos
provocavit Curatorem munerum ac vena
tionum per continuos dies in conspectu
suo cathenis verberatum non prius occidit
quam offensus putrefacti cerebri odore Atel
lane poetam ob ambigui ioci versiculum
media amphitheatri arena igne crema
vit Equitem romanum obiectum feris quom
se innocentem proclamasset reduxit ab
scisaque lingua rursus induxit Revo
catum quendam a vetere exilio sciscitatus

quidnam ibi facere consuesset respondente eo per
adulationem deos semper oravi ut quod
evenit periret tiberius et tu imperares
Opinans sibi quoque exules suos mortem
imprecari misit circum insulas qui uni
versos contrucidarent Cum discerpi se
natorem concupisset subornavit qui ingre
dientem curiam repente hostem publicum
appellantes invaderent graphiisque con
fossum lacerandum ceteris traderent nec
ante satiatus est quam membra et artus et vi
scera hominis tracta per vicos atque con
gesta ante se vidisset Immanissima fac
ta augebat atrocitate verborum Nihil
magis in natura sua laudare se ac appro
bare dicebat quam ut ipsius verbo utar i.e. ine
verecundia Hoc est inverecundiam Monenti
Antonie avie tamquam parum esset non obe
dire memento ait omnia michi et in omnes
licere Trucidaturus fratrem quem metu
venenorum premuniri medicamentis sus
picabatur Antidotum inquit adversus cesarem
Relegatis sororibus non solum insulas ha
bere se sed etiam gladios minabatur Prae
torium virum ex secessu Anticyre quam valitu
dinis causa petierat propagari sibi co
meatum sepius desiderantem quom man
dasset interimi adiecit necessariam esse
sanguinis missionem cui tam diu non prodesset
elleborum Decimo quoque die numerum puniendo
rum ex custodia subscribens rationem se pur
gare dicebat Gallis grecisque aliquot uno tempore
condempnatis gloriabatur gallogreciam
se subegisse Non temere in quemquam nisi
crebris et minutis ictibus animadverti
passus est perpetuo notoque iam precepto
Ita feri ut se mori sentiat Punito per
errorem nominis alio quam quem destinaverat
ipsum quoque paria meruisse dixit Tragicum
illud subinde iactabat oderint dum me
tuant Sepe in cunctos pariter senatores
ut Seiani clientes ut matris ac
fratrum suorum delatores invectus est prola
tis libellis quos crematos simulave
rat defensaque tiberii sevicia quasi neces
saria quom tot criminantibus crede
ndum esset Equestrem ordinem ut sce
ne harene que devotum assidue prosci
dit Infensus turbae faventi adversus
studium suum exclamavit Utinam populus
ro. unam cervicem haberet Cumque te
trinius latro postularetur et qui postu
larent tetrinios esse ait Retiarii tunicati

quinq; numero gregatim dimicantes si
ne certamine ullo totidem secutoribus su
cubuerant quos occidi iuberent. unus
resumpta fuscina omnes victores interc
mit. Hanc ut crudelissimam cedem defle
uit edicto ut eos qui spectare sustinuissent
execratus est. Queri etiam palam de con
dicione temporum suorum solebat quod nul
lis calamitatibus publicis insignirentur
Augusti principatum clade Variana Tibe
rii ruina spectaculorum apud Fidenas me
morabilem factum suboblivionem immine
prosperitate rerum atque identidem exercituum
cedes famem pestilentiamque incendia hia
tum aliquem terre optabat. Animum quoque
remittenti ludo quoque et epulis dedito
eadem factorum dictorumque sevicia aderat
Sepe in conspectu prandentis comessantis
serio questiones per tormenta habeba
tur. Miles decollandi artifex quibuscumque
e custodia capita amputabat. Puteo
lis dedicatione pontis quem excogitatum ab
eo significavimus quom multos e littore i
vitasset ad se repente omnes precipitavit
quosdam gubernacula apprehendentes
contis remisque detrusit in mare. Rome
publico epulo servum ob detractam lecti
lecticam laminam carnifici confestim
tradidit ut manibus abscisis atque an
pectus e collo pendentibus precedente ti
tulo qui causam pene indicaret per cetus
epulancium circumduceretur. Myrmillonem
e ludo rudibus          secum battuenti et spon
te prostratum confodit ferrea sica ac
more victorum cum palma discurrit. Ad
mota altaribus victima succinctus po
parum habitu elato alte malleo culta
rium mactavit. Lautiore convivio effusus
subito in cachinnos consulibus qui iuxta
cubabant quidnam rideret blande
querentibus quid inquit nisi uno meo
nutu iugulari utrumque vestrum statim pos
se. Inter varios iocos quom assistens
simulacro Iovis Apellem tragedum
consuluisset uter illi maior videretur
cunctantem flagellis discidit collaudans
subinde vocem deprecantis quasi etiam in ge
mitu predulcem. Quociens uxoris
vel amicule collum exosculare addebat
tam bona cervix simulac iussero demere
tur. Quin et subinde iactabat exquisiturum
se vel fidiculis de Cesonia sua cur eam
tantopere diligeret. Nec minore livore

ac malignitate quam superbia seviciaque
pene adversus omnis evi hominum genus
grassatus est. Statuas virorum illustrium
ab Augusto ex Capitolina area pro
pter angustias in campum Martium col
latas ita subvertit atque disiecit ut resti
tui salvis titulis non potuerint. Vetuitque
post unquam viventium cuiquam usquam statuam aut
imaginem nisi consulto et auctore se
poni. Cogitavit etiam de Homeri carminibus
abolendis. Cur enim sibi non licere dicens
quod Platoni licuisset qui eum e civitate
quam constituebat eiecerit. Sed et Virgi
lii et Titi Livii scripta et imagines pau
lum abfuit quin ex omnibus bibliothecis a
moveret. Quorum alterum ut nullius in
genii minimeque doctrine alterum ut
verbosum in historia negligentemque carpe
bat. De iurisconsultis quasi scien
tie eorum omnem usum aboliturus sepe iactavit
ut se me Hercule effecturum ne quid respo
dere possint preter eum. Vetera familia
rum insignia nobilissimo cuique ademit
Torquato torquem Cincinnato crinem
Gneo Pompeio stirpis antique Magni co
gnomen. Ptholomeum de quo retuli
et arcessitum e regno et exceptum honori
fice non alia de causa repente percussit
quam quod edente se munus ingressum spec
tacula convertisse hominum oculos ful
gore purpuree abolle animadvertit.
Pulcros et comatos quociens sibi occur
rerent occipicio raso deturpabat. Erat
Hesius Proculus patre primipilari ob egre
giam corporis amplitudinem et speciem
colosseros dictus. Hunc e spectaculis
detractum repente et in arenam deductum
traci et mox armato machoi comparavit
bis quoque victorem constringi sine mora iuss
it et obsitum pannis vicatim circumduci a
mulieribus ostendi deinde iugulari. Nul
lus denique tam abiecte condicionis tamque
extreme sortis fuit cuius non commodis ob
trectaret. Nemorensi regi quod multos iam
annos poteretur sacerdocio validiorem ad
versarium subornavit. Cum quodam die mu
neris essedario Porio post prosperam
pugnam servum suum manumittenti
studiosius plausum esset ita se proripu
it ex spectaculis ut calcata lacinia to
gae preceps per gradus iret indigna
bundus et clamitans dominum gentium populum
quam re levissima plus honoris gladiatori

tribuente quod consecratis principibus
aut principibus sibi pudicitie neque aliene
pepercit. M. Lepidum, Mnesterem pantho-
mimum, quosdam obsides dilexisse fertur
commercio mutui stupri. Valerius Ca-
tullus consulari e familia iuvenis stupra-
tum a se ac latera sibi contubernio eius de-
fessa etiam vociferatus est. Super sororum ince-
sta et notissimum prostitute Pyrallidis
amorem non temere ulla illustriore fe-
mina abstinuit, quas plerumque cum maritis
ad cenam vocatas preter pedes suos tran-
seuntis diligenter ac lente mercatorum
more considerabat, etiam faciem manu
adlevans, siquae pudore submitterentur.
Quotiens deinde libuisset egressus tri-
clinio cum maxime placitam sevocasset,
paulo post recentibus adhuc lascivie notis
reversus vel laudabat palam vel vi-
tuperabat singula enumerans bona
malave corporis atque concubitus. Quibus-
dam absentium maritorum nomine repudium
ipse conscripsit iussitque in acta ita referri.
Nepotatus sumptibus omnium prodigiorum in-
genia superavit commentus novum bal-
nearum usum, portentosissima genera ci-
borum atque cenarum, ut calidis frigidisque
unguentis lavaretur, pretiosissi-
mas margaritas aceto liquefactas
sorberet, convivis ex auro panes et obso-
nia apponeret, aut frugi hominem esse
oportere dictitans aut Caesarem. Quin
et nummos non mediocris summe e fasti-
gio basilice Iulie per aliquot dies spar-
sit in plebem. Fabricavit et de cedris li-
burnicas gemmatis puppibus, versico-
loribus velis, magna thermarum et por-
ticuum et tricliniorum laxitate magna-
que etiam vitium et pomiferarum arborum varie-
tate, quibus discumbens de die inter
choros ac symphonias litora Campanie
peragraret. In extructionibus pretorio-
rum atque villarum omni ratione post ha-
bita nihil tam efficere concupiscebat
quam quod posse effici negaretur. Et iacte
itaque moles infesto ac profundo ma-
ri et excise rupes durissimi silicis
et campi montibus aggere equati
et complanata fossuris montium iuga,
incredibili quidem celeritate, cum mo-
re culpa capite lueretur. Ac ne sin-
gula enumerem, immensas opes to-
tumque illud Tiberii Caesaris vicies ac

septies milies sestertium non toto vertente
anno absumpsit. Exhaustus igitur atque e-
gens ad rapinas convertit animum vario
exquisitissimorum calumniarum et vectigalium
et auctionum genere. Negabat iure civitate Ro-
mana usurpare eos quorum maiores sibi
posterisque eam impetrassent nisi filii essent,
neque enim intelligi debere posteros ultra
hunc gradum; prolata quoque divorum Iulii et
Augusti diplomata ut vetera et ab-
soluta deflebat. Arguebat et perperam
editos census quibus postea quacumque de
causa quidquam incrementi accessisset. Te-
stamenta primipilarum qui ab initio Ti-
berii principatus neque illum neque se he-
redem reliquissent ut ingrata rescin-
dit, item ceterorum ut irrita et vana
quoscumque quis diceret herede Caesare
mori destinasse. Quo metu iniecto cum
iam et ab ignotis inter familiares
et a parentibus inter liberos palam he-
res nuncuparetur, derisores vocabat
quod post nuncupationem vivere perseverarent,
et multis venenatas matteas misit. Co-
gnoscebat autem de talibus causis taxato
prius modo summe ad quem conficiendum
consideret; confecto demum excitabatur. Ac
ne paululum quidem more patiens su-
per xl reos quondam ex diversis criminibus
una sententia condemnavit gloriatusque
est experrecta e somno Caesonie
quantum egisset dum ea meridiaret. Auc-
tione proposita reliquias omnium specta-
culorum subiciebat ac venditabat exqui-
rens per se pretia et usque eo extendens
ut quidam immenso coacti quaedam eme-
re ac bonis exuti venas sibi inciderent.
Nota res est Aponio Saturnino inter sub-
sellia dormitante monitum a Gaio pre-
conem ne praetorium virum crebro ca-
pitis motu nutantem sibi preteriret,
nec licendi finem factum quoad tredecim
gladiatores sestertium nonagies igno-
ranti addicerentur. In Gallia quoque
cum damnatarum sororum ornamenta
et supellectilem et servos atque etiam
libertos immensis pretiis vendidisset,
invitatus lucro quidquid instrumenti ve-
teris aule erat ab urbe repetiit, com-
prehensis ad deportandum meritoriis
quoque vehiculis et pistrinensibus iumen-
tis, adeo ut et panis Rome sepe deficere-
ret et litigatorum plerique ob...

absentes ad vadimonium causa caderet
Cum in sterminato distrahendo nihil no
frandis ac lenocinij adhibuit modo
lmariae singulos increpans et quod
no puderet eos locupletiores esse quam
ipso penitenciam simulans quod principali
um rerum privatis copiam faceret Co
pererat provincialem locupletem du
centa sestercia numerasse vocatori
bus ut per fallaciam convivio interpone
retur tulerat moleste tam magno
estimari honorem cene sue Hic poste
ro die sedenti in auctione misit qui ne
scio quid frivoli ducentis milibus tra
deret diceretque cenaturum apud cesa
re vocatu ipsius. Vectigalia nova
atque inaudita primum per publicanos
deinde quia lucrum exuberabat per ce
turiones tribunosque praetorianos
exercuit nullo rerum aut hominum gene
re omisso cui non tributi aliquid impo
neret pro edulijs que toto orbe veni
rent certum statutumque exigebatur pro
litibus ac iudicijs ubicumque conceptis q
dragesima summe de qua litigaretur
Nec sine pena si quis composuisse vel
donasse negocium convinceretur Ex geru
lorum diurnis questibus pars octava
Ex capturis prostitutarum quantum quaeque
una concubitu mereret. Additum quoque ad
caput legis ut tenerentur publico et
que meretricium sive lenocinium fecisset
necnon et matrimonio obnoxia esset
eiusmodi vectigalibus indictis neque pro
positis cum per ignoranciam scripture
multa commissa fierent tandem fla
gitante populo proposuit quidem le
gem sed ut minutissimis litteris et an
gustissimo loco legi ubi ne cui describe
liceret. Ac ne quod manubiarum
genus expertus. lupanar in pala
tio constituit destinctisque et extructis
cellis pro loci dignitate compluribus
cellis ingenuis matrone ingenui
que starent misit circum fora et basilicas
nomenculatores ad invitandos ad
libidinem iuvenes senesque prebita ad
venientibus pecunia vel fenore
appositisque qui nomina palam sub
notarent quasi adiuvantium cesaris re
ditus Ac ne ex lusu quidem alee com
pendium tenens plus mendacio atque
per periurio lucrabatur. Et quondam

proximo collusori vice sua progressus
in atrium domus cum praeterentes du
os equites romanos locupletes si
ne mora corripi confiscarique iussis
set exultans redijt glorians quod se
numquam prosperiore alea usum. Filia
vero nata paupertatem nec iam impe
ratorio quidem modo sed et patria co
querens onera collationes in alimo
niam et dote puelle recepit. Edixit
et strenas ineunte se anno recepturum
stetitque in vestibulo edium kl. Ian.
ad capiendas stipes quas plenis an
te eum manibus ac sinu omnis generis
turba fundebat. Novissime contrac
tande pecunie cupidine incensus se
pe super immensos aureorum acervos paten
tissimo diffusos loco et nudis pedi
bus spaciatus et toto corpore aliquam
diu volutatus est. Militiam resque bellicas
semel attigit neque ex destinato sed cum
ad visendum nemus flumenque diem
in mevaniam processisset admonitus
de supplendo numero batavorum quos
circa se habebat Expeditionis germa
nice impetum fecit neque distulit sed le
gionibus et auxilijs undique excitis
delectibus ubique acerbissime actis con
tracto et omnis generis commeatu quanto num
quam aliter ante inquressus est confi
cit quod modo tam festinanter et rapi
de iit ut pretoriane cohortes contra
morem signa iumentis imponere et ita
subsequi cogerentur. Interdum adeo se
gniter delicate ut octaphoro veheretur
atque a propinquarum urbium plebem
verri sibi vias et conspargi propter pul
verem exigeret. Postquam castra attigit
ut se acrem ac severum ducem osten
deret legatos qui auxilia serius
e diversis locis adduxerant cum
ignominia dimisit At in exercitu
recensendo plerisque centurionum ma
turis iam et nonnullis ante pau
cissimos quam consummaturi essent dies
primos pilos ademit causatus senium
cuiusque et imbecillitatem ceterorum in
crepita cupiditate commodo emeritae
militiae ad sescentorum milium summam
recidit. Nihil autem amplius quam ad
minio cynobelini brittannorum regis
filio qui pulsus a patre cum exigua
manu transfugerat in deditionem

recepto qui universa tradita insula magni
ficas Romam litteras misit monitis speculato
ribus ut vehiculo ad forum usque et curiam
pertenderent nec nisi in aede Martis ac
frequenti senatu consulibus traderent. Mox
deficiente belli materia paucos de custo
dia Germanos traici occulique trans Re
num iussit ac sibi post prandium quam tumul
tuosissime adesse hostem nuntiari. Quo
facto proripuit se cum amicis et parte
equitum praetorianorum in proximam silvam
truncatisque arboribus et in modum tro
phaeorum adornatis ad lumina reversus
eorum quidem qui secuti non essent timidi
tatem et ignaviam corripuit, comites
autem et participes victoriae novo gene
re ac nomine coronarum donavit quas
distinctas solis ac lunae siderumque specie
exploratorias appellabat. Rursus obsi
des quosdam abductos e litterario ludo
clamque praemissos deserto repente convivio
cum equitatu insecutus veluti profugos
ac reprehensos in catenis reduxit in
hoc quoque mimo praeter modum intempe
rans. Repetita cena renuntiantes coac
tum agmen sic ut erant loricatos ad discumbe
ndum adhortatus est. Monuit et notissimo
Virgilii versu durarent secundisque rebus
servarent. Atque inter haec absentem se
natum populumque gravissimo obiurgavit edic
to quod Caesare proeliante et tantis di
scriminibus obiecto tempestiva convivia cir
cum et theatra et amoenos secessus ce
lebrarent. Postremo quasi perpetraturus
bellum directa acie in littore Oceani
ac balistis machinisque dispositis ne
mine gnaro aut opinante quidnam coep
turus esset repente ut conchas legeret
galeasque et sinus replerent impe
ravit spolia Oceani vocans Capitu
lo Palatioque debita et in indicium vic
toriae altissimam turrem excitavit
ex qua ut Pharo noctibus ad regendos
navium cursus ignes emicarent pro
nuntiato quoque militi donativo centenis vi
ritim denariis quasi omne exemplum liber
talitatis supergressus Abite inquit laeti
abite locupletes. Conversus hinc ad
curam triumphi praeter captivos atque
transfugas barbaros Galliarum quoque
procerissimum quemque et ut ipse dicebat
ac nonnullos
et principibus legit ac seposuit ad pompam

coegitque non tantum rutilare et summittere coma
sed et sermonem Germanicum addiscere
et nomina barbarica ferre. Praecepit
etiam triremes quibus introierat Oceanum
magna ex parte itinere terrestri Roma
devehi. Scripsit et procuratoribus tri
umphum apparerent quam minima summa sed
quantus numquam alius fuisset quando in
omnium hominum bona ius haberent. Prius
quam provincia decederet consilium iniit ne
fandae atrocitatis legiones quae post
excessum Augusti seditionem olim moverant
contrucidandi quod et patrem suum Germa
nicum ducem et se infantem tunc obsedis
sent vixque a tam praecipiti cogitatione
revocatus inhiberi nullo modo potuit
quin decimare velle perseveraret. Vo
catas itaque ad contionem inermes atque et
gladiis depositis equitatu armato circum
dedit. Sed cum videret suspecta re ple
rosque dilabi ad resumenda si qua vis
fieret arma profugit contionem confe
stimque omnem urbem petit deflexa omni
acerbitate in senatum cui ad avertendos
tantorum rumores dedecorum palam mi
nabatur querens inter cetera fraudatum
se iusto triumpho cum ipse paulo ante ne
quid de honoribus suis ageretur etiam sub
mortis pena denuntiasset. Aditus ergo
in itinere a legatis amplissimi ordinis
ut maturaret orantibus quam maxima vo
ce veniam inquit veniam et hic mecum
capulum gladii crebro verberans quo
cinctus erat. Edixit et revertisse sed his
tantum qui optarent equestri ordini et po
pulo nam se neque civem neque principem
senatui amplius fore. Vetuit etiam quem
quam senatorum sibi occurrere atque omisso vel
dilato triumpho ovans urbem natali
suo ingressus est. Intraque quartum mensem
periit ingentia facinora ausus et
aliquanto maiora moliens siquidem
proposuerat Antium deinde Alexandriam
commigrare interempto prius utriusque or
dinis electissimo quoque. Quod ne cui
dubium videatur in secreto eius reperti sunt
duo libelli diverso titulo alteri gladius
alteri pugio index erat ambo nomina
et notas continebant morti destinatorum.
Inventa et archa ingens variorum
venenorum plena quibus mox a Clau
dio demersis infecta maria traduntur
non sine piscium exitio quos enectos

aestus in proxima litora eiciat. Statura
fuit eminenti colore expallido corpore e
normi gracilitate maxima cervicis et cru
rum oculis et temporibus concavis fronte
lata et torva capillo raro et circa verti
cem nullo hirsutus cetera. Quare et
transeunte eo prospicere ex superiore par
te aut omnino quacumque de causa capram no
minare criminosum et exitiale habebat.
Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam
ex industria efferebat componens ad
speculum in omnem terrorem ac formidinem.
Valitudo ei neque corporis neque animi con
stitit. Puer comitiali morbo vexatus
in adolescencia ita patiens laborum erat
ut tamen nonnumquam subita defectione ingre
di stare colligere semet ac sufferre vix
posset. Mentis valitudinem et ipse sense
rat ac subinde de secessu deque purgan
do scerebro cogitavit. Creditur
potionatus a Cesonia uxore amatorio
quidem medicamento sed quod in furorem ver
terit. Incitabatur a somnio maxime
neque enim pluribus tribus nocturnis horis
quiescebat ac ne his quidem placida quie
te sed pavida miris rerum imaginibus
ut qui inter ceteras pelagi quondam
speciem colloquentem secum videre visus
est. Ideoque magna parte noctis vi
gilae cubandique tedio nunc thoro re
sidens nunc per longissimas porticus
vagus invocare identidem atque expecta
re lucem consueverat. Non inmerito
mentis valitudini attribuerim diver
sissima in eodem vitia summa confidencia
et contra nimium metum. Nam qui deos
tantopere contemneret ad minima toni
trua et fulgura conivere caput ob
volvere aut vero maiora vel ad maiora
proripere se e strato sub lectum
que condere solebat. Peregrinatione
quidem Siciliensi irrisis multum loco
rum miraculis repente e Massana noc
tu profugit Aethnei verticis fumo ac
murmure pavefactus. Adversus bar
baros quoque minacissimus cum trans Rhenum
inter angustias densumque agmen iter
essedo faceret dicente quodam non me
diocrem fore consternationem sicunde hos
tis appareat equum ilico conscendit ac
propere versus ad pontes ut eos ca
lonibus et impedimentis stipatos repe
rit impaciens more per manus ac

super capita hominum translatus est. Mox
etiam audita rebellione Germaniae
fugam et subsidia fuge classes appa
rabat uno solacio adquiescens trans
marinas certe sibi superfuturas
provincias si victores Alpium iuga ut
Cimbri vel etiam urbem ut Senones
quondam caperent. Unde credo percus
soribus eius postea consilium natum aput tu
multuantes milites ementiendi
ipsum sibi manus intulisse nuncio ma
le pugne perterritum. Vestitu calcia
tuque et cetero habitu neque patrio ne
que civili ac ne virili quidem ac denique
humano semper usus est. Sepe de
pictas gemmatasque indutus penulas
manuleatus et armillatus in publi
cum processit aliquando sericatus et cycla
datus ac modo in crepidis vel cothur
nis modo in speculatoria caliga no
numquam socco muliebri. Plerumque vero au
rea barba fulmine tenens aut fuscina
aut caduceum deorum insignia atque
etiam Veneris cultu conspectus est. Trium
phalem quidem ornatum etiam ante
expeditionem assidue gestavit. Inter
dum et magni Alexandri thoracem
repetitum e conditorio eius. Ex disciplinis
liberalibus minimum erudicioni eloquencie
plurimum attendit quantumvis facundus
et promptus utique si perorandum
in aliquem esset irato et verba et sen
tencie suppetebant pronunciatio quoque
et vox ut neque eodem loci pre ardore con
sisteret et exaudiretur a procul stanti
bus. Peroraturus stricturum se lucubra
tionis sue telum minabatur. Lenius comptiusque
scribendi genus adeo contemnens
ut Senecam tum maxime placen
tem commissiones meras componere
et harenam esse sine calce diceret.
Solebat etiam prosperis oratorum ac
tionibus rescribere et magnatum in se
natu reorum accusationes meditari
ac prout stilus cesserat vel onera
re sententia sua quemque vel sublevare
equestri quoque ordine ad audiendum
invitato per edicta. Sed et aliorum ge
nerum artes studiosissime et diversissime
exercuit. Thrax et auriga idem can
tor tu tonati atque saltator batue
bat pugnatoriis armis auriga
bat extructo plurifariam circo

canendi ac saltandi voluptate ita effe
rebatur ut ne publicis quidem spectaculis
temperaret quo minus et tragedo p(ro)
nunctianti concineret et gestum histri
onis quasi laudans vel corrigens
palam effingeret. Nec alia de causa ·sc·
videtur eo die quo periit pervigilium
indixisse quam ut initium in scena prode-
undi licentia temporis auspicaretur.
Saltabat etiam aut nonnumquam et noc
tu et quondam tres consulares secunda
vigilia in palatium accitos multaque
et extrema metuentes super pulpi
tum collocavit. Deinde repente magno
tibiarum et scabellorum crepitu cum palla
tunicaque pallari prosiliit ac desal
tato cantico abiit atque hic tam docilis
vel cetera notare nescit. Quorum vero
studio teneretur omnibus ad insaniam fa
vit Mnesterem vel autominium
etiam inter spectacula osculabatur ac
si quis saltante eo vel leviter obstrepe
ret detrahi iussum manu sua flagel
labat. Equiti Ro(mano) tumultuanti per cen
turionem denunciavit ut abiret sine
mora Ostiam perferretque ad Ptholo
meum regem in Mauritaniam codi
cillos suos quorum exemplum erat: Ei quem
istac misi neque boni quicquam neque ma
li feceris. Treces quosdam germanis
corporis custodibus preposuit. Mur
millonum armaturas recidit. Colu
bo victori leviter tamen saucio venenum
in plagam addidit quod eo Columbinum ap
pellavit sic certe inter alia venena
scriptum ab eo repertum est. Prasinae fa
ctioni ita additus et deditus ut cena
ret in stabulo assidue et maneret
agitatori Eutycho comessatione qua
dam in apophoretis vicies sester
tium contulit. Incitato equo cuius cau
sa pridie circenses ne inquietaretur
viciniae silentium per milites indicere
solebat preter equile marmoreum et presepe
eburneum preterque purpurea tegi
menta ac monilia e gemmis domum
etiam et familiam et supellectilem dedit quo
lautius nomine eius invitati acciperen
tur consulatum quoque traditur destinasse.
Ita bacchantem atque grassantem non
defuit plerisque animus adoriri. Sed una
altera que conspiratione detecta aliis
per inopiam occasionis cunctantibus

duo consilium consilium communicaverunt
perfeceruntque non sine conscientia pote
ntissimorum libertorum prefectorumque pre
torii quod ipsi quoque etsi falso in quadam
coniuratione quasi participes nominati
suspectos tamen et invisos senciebant. Ita
et statim seductis magnam fecit invidiam
districto gladio affirmans sponte se peri
turum si et illis morte dignus videretur
nec cessavit ex eo criminari alterum alteri
atque inter se omnes committere. Cum placuisset
Palatinis ludi spectaculo egredi me
ridie aggredi primas sibi partes Cassius
Cherea tribunus cohortis pretorie de
poposcit quem Gaius seniorem iam et mol
lem et effeminatum denotare omni probro
consueverat et modo signum petenti Priapum
aut Venerem dare modo ex aliqua cau
sa agendi gratias osculandam manum of
ferre formatam commotamque in obscenum
modum. Future cedis multa prodigia
extiterunt. Olympie simulacrum Io
vis quod dissolvi transferrique Romam pla
cuerat tantum cachinnum repente edidit
ut machinis labefactis opifices diffu
gerint. Supervenit ilico quidam Cassius
nomine iussum se somnio affirmans immo
lare taurum Iovi. Capitolium Capuae
Idibus Mar(tii) de caelo tactum est item
Romae cella Palatini atriensis. Nec de
fuerunt qui coniecturarent altero ex
ostento periculum a custodibus domino por
tendi altero cedem rursus insignem qualis
eodem die facta quondam fuisset. Consu
lenti quoque de genitura sua Sulla
mathematicus certissimam necem appro
pinquare affirmavit. Monuerunt
Fortunae Antiatinae ut a Cassio cave
ret qua causa ille Cassium Longinum
Asiae tum proconsulem occidendum dele
gaverat inmemor Chereamque Cassium no
minari. Pridie quam periret somniavit
consistere se in caelo iuxta solium Io
vis impulsumque ab eo dextri pedis pol
lice et in terras precipitatum. Prodi
giorum loco habita sunt etiam que for
te illo ipso die paulo prius acciderant.
Sacrificans respersus est phoenicop
teri sanguine. Et pantomimus Mnester
tragediam saltavit quam olim Ne
ptolemus tragedus ludis quibus
rex Macedonum Philippus occisus est
egerat. Et cum in Laureolo mimo

in quo autor proripiens se ruina sanguinem
vomit ut plures secundarii certatim experim-
entum darent cruoris scena abundavit. Para-
batur et in noctem spectaculum quo argumenta
inferorum per Egiptios et Ethiopes expli-
carent. VIIII. Kal. Febr. hora fere septima
cunctatus an ad prandium surgeret marcenti
adhuc stomacho pridiani cibi onere tandem
suadentibus amicis egressus est. Cum in crip-
tam per quam transeundum erat pueri nobi-
les ex Asia ad edendos in scena operas
evocati praepararentur ut eos inspiceret
hortareturque restitit. Ac nisi princeps gre-
gis algere se diceret redire ac represen-
tare spectaculum voluit. Duplex dehinc
fama est. Alii tradunt alloquenti pue-
ros a tergo Cheream cervicem gladio ce-
sim graviter percussisse praemissa voce
hoc age. Dehinc Cornelium Sabinum
alterum e coniuratis tribunum ex adverso tra-
iecisse pectus. Alii Sabinum summota per
conscios centuriones turba signum more
militie petisse et Gaio Iovem dante Chere-
am exclamasse Accipe ratum respicientique
maxillam ictu discidisse. Iacentem contra-
ctisque membris clamitantem se vivere
ceteri vulneribus xxx confecerunt. Nam
signum erat omnium repete. Quidam etiam per
obscena ferrum adegerunt. Ad primum tu-
multum lecticarii cum asseribus in auxilium
accurrerunt. Mox Germani corporis cu-
stodes ac nonnullos ex percussoribus
quosdam etiam senatores innoxios interemerunt.
Vixit annis xxviiii. Imperavit tri-
ennio et decem mensibus diebusque octo. Ca-
daver eius clam in hortos Lamianos as-
portatum et tumultuario rogo semiam-
bustum levi cespite obrutum est. Postea
per sorores ab exilio reversas erutum et
crematum sepultumque. Satis constat prius
quam id fieret hortorum custodes umbris
inquietatos. In ea quoque domo in qua occu-
buerat nullam noctem sine aliquo terro-
re transactam donec ipsa domus incendio
consumpta sit. Perit una et uxor Ce-
sonia gladio a centurione confossa
et filia parieti illisa. Condicionem tempo-
rum illorum etiam per hec estimare quivis
possit. Nam neque cede divulgata statim
creditum est. Fuitque suspicio ab ipso
Gaio famam cedis simulatam et emissam
ut eo pacto hominum erga se mentes ho-
minum deprehenderet. Neque coniurati

cuiquam imperium destinaverunt et senatus
in asserenda libertate adeo consensit ut
consules primo non in curiam quia Iulia
vocabatur sed in Capitolium convocarent. Qui-
dam vero sententie loco abolendam Cesarum
memoriam ac diruenda templa censue-
runt. Observatum autem notatumque est in pri-
mis Cesares omnes quibus Gaio preno-
men fuerit ferro perisse iam inde ab
eo qui Cinnanis temporibus sit occisus.

Patrem Claudii Cesaris
Drusum olim Decimum
mox Neronem prenomine
Livia quom Augusto
gravida nupsisset intra
mensem tertium peperit
fuitque suspicio ex vitri-
co per adulterii consue-
tudinem procreatum. Stati
certe vulgatus est versus.
Drusus in questure
preture que honore dux Rhetici deinde
Germanici belli Occeanum septentriona-
lem primus Romanorum ducum naviga-
vit transque Rhenum fossas magna vi
et immensi operis effecit que nunc adhuc
Drusiane vocantur. Hostem etiam frequenter
cesum ac penitus in intimas solitudines
actum non prius destitit insequi quam species
barbare mulieris humana amplior
victorem tendere ultra sermone Latino in-
hibuisset. Quarum ob res ovandi ius et
triumphalia ornamenta percepit ac post
preturam confestim inito consulatu atque
expeditione repetita supremum diem
morbo obiit in estivis castris que ex
eo Scelerata sunt appellata. Corpus
eius per municipiorum coloniarumque
primores suscipientibus obviis scriba-
rum decuriis ad urbem devectum sepultum
que est in campo Martio. Ceterum exerci-
tus honorarium ei tumulum excitavit cir-
ca quem deinceps statuto die quotannis
miles decurreret Galliarumque civita-
tes publice supplicarent. Preter ca-

Nunciata interim etiam ceterorum exercituum defectione litteras prandenti sibi redditas concerpsit mensam subvertit duos scaphos gratissimi usus quos Homerios a celatura carminum Homeri vocabat solo illisit ac sumpto a Locusta veneno et in auream pixidem condito transiit in hortos Servilianos ubi premissis libertorum fidissimis in Ostiam ad classem preparandam tribunos centuriones que pretorii de fuge societate temptavit Sed partim tergiversantibus partim aperte detrectantibus uno vero etiam proclamante usque adeo ne mori miserum est Varie agitavit Parthos ne an Galbam supplex peteret an atratus prodiret in publicum pro que rostris quanta maxima posset miseratione veniam preteritorum precaretur ac ni flexisset animos vel Egypti prefecturam concedi sibi oraret Inventus est postea in scrinio eius hac de re sermo formatus sed deterritum putant ne prius quam forum perveniret discerperetur Sed cogitatione in posterum diem dilata ad mediam fere noctem excitatus ut comperit stationem militum recessisse prosiluit e lecto misitque circum amicos et quia nihil a quoquam renunciabatur ipse cum paucis hospicia singulorum adiit verum clausis omnium foribus respondente nullo in cubiculum redit unde iam et custodes diffugerant direptis etiam stragulis amota et pixide veneni Ac statim Spiculum mirmillonem vel quemlibet alium percussorem cuius manu periret requisivit et nemine reperto Ergo ego inquit nec amicum habeo nec inimicum Procurrit que quasi precipitaturus se in Tiberim Sed revocatus rursus impetu aliquid secretioris latebre ad colligendum animum desideravit et offerente Phaonte liberto suburbanum suum inter Salariam et Numentanam viam circa quartum miliarium ut erat nudo pede atque tunicatus penula obsoleti coloris super induit adoperto que capite et ante faciem obtento sudario equum ascendit quatuor solis comitantibus inter quos et Sporus erat Statimque tremore terre et fulgure adverso pavefactus audit e proximis castris clamorem militum et sibi adversa et Galbae prospera ominantium Etiam ex obviis viatoribus quendam dicentem hi Neronem persequuntur alium sciscitantem et quid in Urbe novi de Nerone Equo autem ex odore abiecti in via cadaveris consternato detecta facie agnitus est a quodam missicio pretoriano et salutatus Ad diverticulum ventum est dimissis equis inter fruticeta ac vepres per arundineti semitam aegre non nisi strata pedibus veste ad versum villae parietem evasit Ibi hortante eodem Phaonte ut interim in specum egeste arene concederet negavit se vivum sub terram iturum Ac parumper commoratus dum clandestinus ad villam introitus pararetur aquam ex subiecta lacuna poturus manu hausit et Hec est inquit Neronis decocta Dein divulsa sentibus penula traiectos surculos rasit atque ita quadrupes per angustias effosse cavernae receptus in proxima cella decubuit super lectum modica culcitra vetere pallio strato instructum fame que et iterum siti interpellante panem quidem sordidum oblatum aspernatus est aque autem tepide aliquantulum bibit Tunc uno quoque hinc inde instante ut quam primum se impendentibus contumeliis eriperet scrobem coram fieri imperavit dimensus ad corporis sui modulum componi que simul si qua invenirentur frusta marmoris et aquam simul ac ligna conferri curando mox cadaveri flens ad singula atque identidem dictitans Qualis artifex pereo Inter moras perlatos a cursore Phaontis codicillos preripuit legitque se hostem a senatu iudicatum et queri ut puniatur more maiorum Interrogavitque quale id genus esset poene et cum comperisset nudi hominis cervicem inseri furce corpus ad necem virgis cedi conterritus duos pugiones quos secum extulerat arripuit temptataque utriusque acie rursus condidit causatus nondum adesse fatalem horam Ac modo Sporum hortabatur ut lamentari ac plangere inciperet modo orabat ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo iuvaret Interdum segniciem suam his verbis increpabat

Iamque equites appropinquabant quibus preceptum erat ut vivum eum attraherent Quod ut sensit trepidanter effatus

ferrum iugulo adegit iuvante Epaphrodito a libellis Semianimis adhuc irrumpenti centurioni et penula ad vulnus apposita in auxilium se venisse simulanti

nõ aliud respondit quam sero et hec est fides.
atque ea voce defecit extantibus rigenti-
bus que oculis usque ad horrorem formidine-
que visentium. Nihil prius aut magis a co-
mitibus exegerat quam ne potestas cuiquam ca-
pitis sui fieret sed ut quomodo totus cre-
maretur. Permisit hoc Ycelus Galbae
libertus non multo ante vinculis exolutus
in que primo tumultu coniectus fuerat. Fu-
neratus est impensa ducentorum milium stra-
gulis albis auro intextis quibus usus
kalendis ianuarii fuerat. Reliquias eius Egloge
et Alexandria nutrices cum Acte conca-
bina gentili Domitiorum monumento condi-
derunt quod prospicitur e campo martio
impositum colli Hortulorum. In eo monu-
mento solium porphyretici marmoris sup-
erstante lunensi ara circumseptum est lapide
Thasio. Statura fuit prope iusta cor-
pore maculoso et fetido subflavo capillo
vultu pulcro magis quam venusto oculis
cesiis et hebetioribus cervice obesa ven-
tre proiecto gracillimis cruribus vali-
tudine prospera. Nam qui luxuriae immo-
deratissime esset ter omnino per xiiii annos
languit atque ita ut neque vino neque
consuetudine reliqua abstineret. Cir-
ca cultum habitum que adeo pudetissimus
pudendus ut comam semper in gradus
formatam peregrinatione Achaica etiam
pone verticem summiserit ac plerumque
synthesinam indutus ligato circa
collum sudario prodierit in publicum
Disciplina — sine cinctu et discalciatus. Liberales sci-
entias omnes fere puer attigit. Sed a
philosophia eum mater avertit monens
imperaturo contrariam esse. A cognitio-
ne veterum oratorum Seneca preceptor
quo diutius in admiratione sui detine-
ret. Itaque ad poeticam pronus carmina
libenter ac sine labore composuit nec
ut quidam putant aliena pro suis edidit.
Venere in manus meas pugillares
libelli que cum quibusdam notissimis versibus
ipsius chirographo scriptis ut facile ap-
pareret non translatos aut dictante ali-
quo exceptos sed plane quasi a cogitan-
te atque generante exaratos ita mul-
ta et deleta et inducta et superscripta
inerant. Habuit et pingendi fingen-
di quam maxime non mediocre studium. Ma-
xima autem popularitate efferebatur omni-
um emulus qui quoquo modo animum vulgi

moverent. Exiit opinio post scenicas co-
ronas proximo lustro descensurum eum
ad Olympia inter athletas. Nam et
luctabatur assidue nec aliter certami-
na gymnica tota Grecia spectaverat
quam brabeutarum more in stadio humi
assidens ac siqua paria longius recessis-
sent in medium manibus suis protrahens.
Destinaverat etiam quia Apollinem cantu
Solem aurigando equiperare existima-
retur imitari et Herculis facta. Pre-
paratum quam leonem aiunt quem vel clava
vel brachiorum nexibus in amphitheatri
arena spectante populo nudus elideret.
Sub exitu vitae quidem palam vove-
rat si sibi incolumis status permansis-
set proditurum se partae victoriae ludis
etiam hydraulam et choraulam et utri-
cularium ac novissimo die histrionem sal-
taturum quam Vergilii Turnum. Et sunt qui
tradant Paridem histrionem occisum
ab eo quasi gravem adversarium. Erat
illi eternitatis perpetue quam fame cu-
pido sed inconsulta. Ideoque multis
rebus ac locis vetere appellatione de-
tracta novam indixit ex suo nomine.
Mensem quoque aprilem Neroneum appella-
vit destinaverat et Romam Neropolim nun-
cupare. Religionum usquequaque contem-
ptor preter unius dee Syrie. Hanc
mox ita sprevit ut urina contaminaret.
Alia superstitione captus in qua sola
pertinacissime hesit. Siquidem iconem
puellarem cum quasi remedium insidiarum
a plebeio quodam et ignoto muneri
accepisset detecta confestim coniuratione
pro summo numine trinisque in die sa-
crificiis colere perseveravit. Volebat-
que credi monitione eius futura pre-
noscere. Ante paucos quam periret menses
attendit et extispicio nec umquam lita-
vit. Obiit tricesimo et secundo etatis an-
no die quo quondam Octaviam interemerat.
Tantumque gaudium publice prebuit ut
plebs pilleata tota urbe discurreret. Et
tamen non defuerunt qui per longum tempus
vernis estivisque floribus tumulum eius
ornarent ac modo imagines pre-
textatas in rostris proferrent modo edicta
quasi viventis et brevi magno inimicorum
malo reversuri. Quin etiam Vologesus
Parthorum rex missis ad senatum lega-
tis de instauranda societate hoc etiam

magnopere orauit ut neronis memoria toleret. Denique quum post viginti annos adolescente me extitisset condicionis incerte qui se neronem esse iactaret tam fauorabile nomen eius apparthis fuit ut vehementer adiutus et vix redditus sit.

Progenies cesarum in nerone defecit. Quod futurum compluribus quidem signis sed vel evidentissimis duobus apparuit. Liuie olim post Augusti nuptias statim veientanum suum revisenti preteruolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem ita ut rapuerat demisit in gremium. Cumque nutriri alitem pangi ramulum placuisset tanta pullorum soboles prouenit ut hodie quoque ea villa ad gallinas vocetur. Tale vero lauretum ut triumphaturi cesares inde lauros decerperent. Fuitque mos triumphantibus alias confestim eodem loco pangere et obseruatum est sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo novissimo neronis anno et silua omnis exaruit radicitus et quicquid ibi gallinarum erat interiit. Ac subinde tacta de celo cesarum ede capita simul statuis deciderunt. Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est. Neroni Galba successit nullo gradu contingens cesarum domum sed haud dubie nobilissimus magna quoque et vetere prosapia ut qui statuarum titulis pronepotem se Quinti Catuli Capitolini semper ascripserit. Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit quo paternam originem ad Iouem maternam ad Pasiphaem Minois uxorem referret. Imagines et elogia vniuersi generis exequi longum est. Familie breviter attingam. Qui primus Sulpitiorum Sulpitiorum cognomen Galbe tulit cur aut unde traxerit ambigitur. Quidam putant quod oppidum Hispanie frustra diu oppugnatum illitis demum galbano facibus succenderat. Alii quod in diuturna valitudine galbeo id est remediis lana involutis assidue uteretur. Nonnulli quod prepinguis fuerit visus que galba galli vocent vel contra quod tam exilis quam sunt animalia que in esculis nascuntur appellantque galbas. Familiam illustrauit Sergius Galba consularis temporum suorum eloquentissimus quem tradunt Hispaniam ex pretura obtinentem triginta Lusitanorum milibus perfidia trucidatis Viriatini belli causam extitisse. Eius nepos ob repulsam consulatus infensus Iulio Cesari cuius legatus in Gallia fuerat conspirauit cum Cassio et Bruto propter quod Pedia lege damnatus est. Ab hoc sunt imperatoris Galbe avus et pater. Auus clarior studiis quam dignitate non enim egressus preture gradum multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Pater consulatu functus quamquam breui corpore atque etiam gibber modiceque in dicendo facultatis causas industrie actitauit. Uxores habuit Mummiam Achaicam neptem Catuli pronepotem quoque L. Mummii qui Corinthum excidit. Item Liuiam Ocellinam ditem admodum et pulchram a qua tamen nobilitatis causa appetitus ultro existimatur et aliquanto impensius postquam subinde instanti vitium corporis secreto posita veste detexit ne quasi ignaram fallere videretur. Ex Achaica liberos Gaium et Sergium procreauit quorum maior Gaius attritis facultatibus urbe cessit prohibitusque a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum voluntaria morte obiit. Sergius Galba imperator M. Valerio Messala Cn. Lentulo consulibus natus est VIIII Kal. Ianuarii in villa colli superposita prope Terracinam sinistrorsus Fundos petentibus adoptatusque a noverca sua Liuia nomen et Ocellari cognomen assumpsit mutato prenomine. Nam Lucium mox pro Sergio vsque ad tempus imperii usurpauit. Constat Augustum puero adhuc salutanti se inter equales apprehensa buccula dixisse.

Sed et Tiberius quum comperisset imperaturum eum verum in senecta. Viuat sane ait quando id ad nos nihil pertinet. Auo quoque eius fulgur procuranti quum exta de manibus aquila rapuisset et in frugiferam quercum contulisset responsum est summum sed serum imperium portendi familie. Et ille irridens sane inquit cum mula pepererit. Nihil eque postea Galbam temptantem res nouas confirmauit quam mule partus. Ceterisque ut obscenum ostentum ab-

hortentibus solus pro letissimo accepit memor sacrificii dicti quod avi Galba virili togam sumpmavit fortuna dicente stare se ante fores defessam et nisi ocius reciperetur cuique obvio prede futuram vt que euigilauit aperto atrio simulacrum enea dee cubitali maius iuxta limen invenit idque gremio suo tustuli ad vbi estimare tam sueverat avexit et in parte edium consecratam menstruis deinceps supplicationibus et pervigilio anniversario coluit Quamque autem etate nondum adulta constanti ueterem civitatis exoletumque morem ac tum in domo sua herentem obstinatissime retinuit ut liberti servique bis die frequentes adessent ac mane salvere vespere valere sibi singuli dicerent Inter liberales disciplinas attendit et iuri dedit et matrimonio operam

Verum amissa vxore Lepida duobusque ex ea filiis remansit in celibatu neque sollicitari ulla condicione amplius potuit ne Agrippine quidem viduate morte Domitii maritum quoque adhuc necdum celibem Galbam adeo omnibus sollicitaverat modis ut in conventu matronarum correpta iurgio atque etiam manu pulsata sit a matre Lepide Observavit ante omnes Liviam Augustam cuius et vivae gratia plurimum valuit et mortue testamento pene ditatus est sestertium namque quingenties precipuum inter legatarios quom habuisset quia notata non per scripta erat summa herede Tiberio legatum ad quingenta revocante nec hec quidem accepit Honoribus ante legitimum tempus initis pretor commissione ludorum floralium novum spectaculi genus elephantos funambulos edidit Exin provincie Aquitanie anno fere prefuit mox consulatum per sex menses ordinarium gessit evenitque ut in eo tempore L. Domicio patri Neronis ipse Galbaque Othoni patri Othonis succederet velud presagium insequentis casus quo medius inter vtriusque filios extitit imperator A C Cesare Getulico substitutus postridie quam ad legiones venit sollempni forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessara ut manus penulas continerent Statimque per castra iactatum est disce miles militare Galba est non Getulicus pari perseveratione interdixit Commeatus petitiones veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroboravit maturaque barbaris qui iam in Gallias usque proruperant coercitis presenti quoque Gaio talem et se et exercitum vt inter innumeros contractatasque ex omnibus provinciis copias neque testimonium neque premia ampliora ulli perciperent ipse maxime insigniis quod campestrem decursionem scuto moderatus etiam ad essedum imperatoris per viginti passuum milia cucurrit Cede Gaii nuntiata multis ad occasionem stimulantibus quietem pretulit per hoc gratissimus Claudio receptusque in cohortem amicorum tante dignationis est habitus ut quom subita ei valitudo nec adeo gravis incidisset dilatus sit expeditionis Britannice dies Africam pro consule biennio obtinuit extra sortem electus ad ordinandam provinciam et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam ordinavitque magne severitatis ac iustitie cura etiam et in parvulis rebus Militi qui per expeditionem artissima annona residuum cibariorum tritici modium centum denariis vendidisse arguebatur vetuit simul ac indigere cibo cepisset a quoquam opem ferri et is fame consumptus est At in iure dicendo quom de proprietate iumenti quereretur levibus utrimque argumentis et testibus ideoque difficili coniectura veritatis ita decrevit vt ad lacum ubi adaquari solebat duceretur capite involuto atque ibidem revelato eius esset ad quem sponte se a potu recepisset Ob res et tunc in Africa et olim in Germania gestas ornamenta triumphalia accepit et sacerdotium triplex inter quindecimviros sodalesque Titios item Augustales cooptatus atque ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum vixit ne ad gestandum quidem vmquam iter ingressus quam ut secum vehiculo proximo decies sestertium in auro efferret donec in oppido Fundis moranti Hispania Terraconensis oblata est Accidit ut quom provinciam ingressus sacrificaret et inter ministros publicum puero e ministris acerra tenenti capillus repente toto capite

transferret. Nec defuerunt qui interpretarentur
significata rerum mutatione successurum quam
brevi senem hoc est ipsum Neroni. Nec
post multo in Cantabriae lacum fulmen
decidit repertaeque sunt xii secures haud
ambiguum summi imperii signum. Per
octo annos varie et inequabiliter
provinciam rexit primo acer vehemens
et in coercendis quidem delictis vel im
modicus. Nam et nummulario non ex fi
de versanti pecunias manus amputavit
ut mensae eius affixit. Et tutorem
quod pupillum cui substitutus heres erat ve
neno necasset cruce affixit. Implora
ti quod leges et civem romanum se testifica
ti quasi solacio et honore aliquo poena
levaturus mutari multoque praeter cete
ras altiorem et dealbatam statui crucem
iussit. Paulatim in desidiam segniciem
que conversus est ne quid materiae prebe
ret Neroni et ut dicere solebat quod nemo
rationem otii sui reddere cogeretur. Cartha
gine nova conventum agens tumul
tuari Gallias cognovit legato ac
quitaniae auxilia implorante. Super
venerunt et Vindicis litterae hortantis
ut humano generi assertorem ducemque
se accommodaret. Nec diu cunctatus con
dicionem partim metu partim spe recepit.
Nam et mandata Neronis de nece
sua ad procuratores clam missa dep
henderat et confirmabatur cum secundissimis
auspiciis et ominibus et virginis va
ticinatione tanto magis quod eadem illa carmi
na sacerdos Iovis Cluniae ex penetra
li somnio monitus eruerat ante duc
tos annos similiter a fatidica puella
pronunciata. Quorum carminum sententia
erat oriturum quandoque ex Hispania princi
pem dominumque rerum. Igitur quom quasi
manumissione vacaturus conscendisset tri
bunal propositis ante se damnatorum
occisorumque a Nerone quam plurimis imagi
nibus et astante nobili puero quem ex
ulantem e proxima Baleari insula ob
id ipsum acciverat deploravit tempora
statim consalutatusque imperator est
legatum se senatus ac populi romani profes
sus. Dein iusticio indicto e plebe quidem
provinciae legiones et auxilia conscripsit
super exercitum veterem legionis unius
duarumque legionum alarum et cohortium trium
at e primoribus prudentia atque etate

prestantibus velut instar senatus ad quos
de maiore re quotiens opus esset refe
retur instituit. Delegit et equestris ordi
iuvenes qui manente anulorum aureo
usu evocati appellarentur. Excubias
quod circa cubiculum suum vice militum agerent
etiam per provincias edicta dimisit au
ctor in singulis universisque conspiran
di simul et qua posset quisque opera in
iuvandi communem causam. Per idem vero tempus
in munitione oppidi quod sedem bello dele
gerat repertus est anulus opere antiquo scul
ptura gemmae victoriam cum tropheo ex
primente. Ac subinde Alexandrina na
vis Dertosam appulit armis onusta sine
gubernatore sine nauta aut vectore ullo
ut nemini dubium esset iustum piumque et fa
ventibus diis bellum suscipi. Cum repente ex
inopinato prope cuncta turbata sunt.
Alarum altera castris appropinquantem pe
nitentia mutati sacramenti destituere co
nata est aegreque retenta in officio et servi
in quos a libertis Neronis ad fraudem
preparatos munere acceperat per an
gustum porticum in balneas transeuntem pene
interemerunt nisi cohortantibus invicem
ne occasionem omitteret interrogatisque
de qua occasione loquerentur expressa cun
ctatio confessio esset. Accessit ad tanta discri
mina mors Vindicis qua maxime conster
natus destitutoque similis non multum abs
fuit quin vitae renunciaret. Sed superve
nientibus ab urbe nunciis ut occisum Nero
ne cunctosque in verba sua iurasse cognovit
depositam legati suscepit Cesaris appel
lationem. Iterque ingressus est paludatus
ac dependente a cervicibus pugione an
te pectus nec prius usum togae recupera
vit quam oppressis qui novas res molieban
tur prefecto pretori Nymphidio Sabino
Romae in Germania Fonteio Capitone
in Africa Clodio Macro legatis. Precesse
rat de eo fama saevitiae simul atque avari
tiae quod civitates Hispaniarum Gallia
rumque quae cunctatius sibi accesserant gra
vioribus tributis quasdam etiam murorum
destructione punisset et prepositos pro
curatores quamque supplicio capitis affecisset
cum coniugibus ac liberis. Quamque oblatam
a Tarraconensibus e vetere templo Iovis
coronam auream librarum xv conflasset
ac tres uncias quae ponderi deerant
iussisset exigi. Ea fama et confirmata et

cincta est ut primum urbem introiit. Et cum
quosdam classiarios quos nero ex remigibus
iustos milites fecerat redire ad pristinum
statum cogeret recusantes atque insuper aqui-
lam et signa pertinacius flagitantes
non modo immisso equite disiecit sed de-
cimavit etiam. Item germanorum cohor-
tem a cesaribus olim ad custodiam corpo-
ris institutam multisque experimentis fi-
delissimam dissolvit ac sine commodo ullo re-
misit in patriam quasi Cn. dolabellae iuxta
cuius hortos tendebat promotiorem. Illa quoque
vere ne an falso per ludibrium iac-
tabantur apposita lautiore cena inge-
muisse eum et dispensatori quidem dispen-
satare breviarium rationum offerenti para-
psidem leguminis pro sedulitate ac di-
ligentia porrexisse. Cano autem cho-
raule mire placenti denarios quinque do-
nasse prolatos manu sua e peculiari-
bus loculis suis. Quare adventus eius
non perinde gratus fuit idque proximo
spectaculo apparuit. Siquidem atellanis no-
tissimum canticum exorsis venit onesimus
a villa cuncti simul specta-
tores consentiente voce reliquam partem
rettulerunt ac sepius versu repetito ege-
runt. Maiore adeo et favore et aucto-
ritate adeptus est quam gessit imperium quamquam
multa documenta egregii princi-
pis daret sed nequaquam tam grata erant
quam invisa que secus fierent. Regeba-
tur trium arbitrio quos una et intra
palatium habitantes nec umquam non adhe-
rentes pedagogos vulgo vocabant.
Hi erant T. vinius legatus eius in
hyspania cupiditatis immense. Cor-
nelius laco ex assessore prefectus pretorii
arrogantia socordiaque intollerabi-
lis. libertus icelus paulo ante anulis
aureis et martiani cognomine orna-
tus ac iam summe equestris gradus can-
didatus. His diverso vitiorum genere gras-
santibus adeo se abutendum permisit et
tradidit. Et ut vix sibi ipse constaret
modo acerbior parciorque modo remis-
sior ac neglegentior quam conveniret prin-
cipi electo atque illius etatis. Quosdam
claros ex utroque ordine viros suspi-
cione minima inauditos condempnavit.
Civitatem ro. raro dedit. Iura trium
liberorum vix uni atque alteri ac ne
his quidem nisi ad certum prefinitumque tempus

Iudicibus sextam decuriam adici precanti-
bus non modo negavit sed et concessum
a claudio beneficium ne hieme initio-
que anni ad iudicandum evocarentur eripuit.
Existimabatur etiam senatoria et equestria
officia biennii spatio determinaturus
nec daturus nisi invitis et recusantibus.
Liberalitates neronis non plus deci-
mis concessis per quinquaginta equi-
tes romanos ea conditione revocan-
das curavit exigendasque ut et si
quid scenici ac xystici donatum olim ven-
didissent auferretur emptoribus quando
illi precio absumpto solvere nequirent.
At contra nihil non per comites atque
libertos precio addici aut donari gra-
tia passus est vectigalia immunita-
tes penas innoxiorum impunitates no-
xiorum. Quin etiam populo ro. deposcenti
supplicium haloti et tigellini solos
ex omnibus neronis emissariis vel ma-
leficentissimos incolumes prestitit
atque insuper haloto amplissima pro-
curatione ornavit pro tigillino etiam
sevitie populum edicto increpavit. Per
hec pro cunctis ordinibus offensus vel
precipua flagrabat invidia apud mi-
lites nam quamvis in verbis eius ab-
sentes initiatos donativum grandius
solito prepositi pronuntiassent neque
ratam rem habuit et subinde iacta-
vit legere se militem non emere con-
suevisse atque eo quidem nomine omnes qui-
buscumque erant exacerbavit. Ceterum pre-
torianos etiam metu et indignitate
commovit removens subinde plerosque
ut suspectos et nymphidii socios. Sed
maxime fremebat superioris germa-
nie exercitus fraudari se premiis no-
vate adversus gallos et vindicem
opere. Ergo primi obsequium rumpere ausi
kal. ianuarii adigi sacramento nisi in nomen
senatus recusarunt statimque legationem ad
pretorianos cum mandatis destinaverunt
displicere imperatorem in hyspania
factum eligerent ipsi quem cuncti exercitus
comprobarent. Quod ut nunciatum est
despectui esse non tam senectam suam quam
orbitatem ratus pisonem frugi licinianum
nobilem egregiumque iuvenem ac sibi
olim probatissimum testamentoque semper
in bona et nomen ascitum repente e
media salutantium turba apprehendit

filium appellat perduxitque in castra ac
pro contione adoptauit ne tunc quidem
donatiui ulla mentione facta quo faci
liorem occasionem M. Saluio Ottoni pre
buit perficiendi conata intra sextum ad
optionis diem. Magna et assidua mon
stra iam inde a principio exitum ei qua
lis euenit portenderant. Cum per
omne iter dextre sinistreque oppidatim
victime cederentur taurus securis ictu
consternatus rupto vinculo essedum eius
inuasit elatisque pedibus totum cruore
perfudit ac descendentem speculatorem
impulsu turbe lancea prope vulnerauit.
Urbem quoque et deinde palacium ingressum
excepit terre tremor et assimilis qui
dam mugitui sonus. Secuta sunt aliquan
to maucta manifestiora et tristio
ra monile margaritis gemmisque con
sertum ad ornandam fortunam suam tuscu
lanam ex omni gaza secreuerat id re
pente quasi augustiore dignius loco
capitoline veneri dedicauit ac pro
xima nocte somniauit speciem fortu
ne querentis fraudatam se dono destina
to minantisque erepturam et ipsam
que dedisset. Cumque exterritus luce prima
ad expiandum somnium premissis
qui rem diuinam appararent tusculum
excucurrisset nihil inuenit
preter tepidam in ara fauillam atra
tumque iuxta senem in catino vitreo
thus tenentem et in calice fictili me
rum. Obseruatum est et kl. Ianuarii sacri
ficanti coronam de capite excidisse
auspicanti pullos euolasse adop
tionis die neque milites allocuturo ca
strensem sellam de more positam pro
tribunali oblitis ministris et in sena
tu curulem peruerse collocatam. Prius
vero quam occideretur sacrificantem ma
ne aruspex identidem monuit caue
ret periculum non longe percussores
abesse. Haud multo post cognoscit
teneri castra ab ottone ac plerisque ut
eodem quam primum pergeret suadentibus
posse enim auctoritate et presentia ua
lere nihil amplius quam continere se
statuit et legionariorum firmari pre
sidiis qui multifariam diuerseque te
debant loricam tamen induit linteam
quamquam non dissimulans parum aduersus
tot mucrones profuturam sed extractus
rumoribus falsis quos conspirati ut eum
in publicum elicerent de industria diss
iparant paucis temere affirmantibus
actum negotium oppressos qui tumultua
rentur aduenire frequenter ceteros gratu
labundos et in omne obsequium paratos
his ut occurreret prodiit tanta fiducia
ut militi cuidam occisum a se othonem
glorianti quo auctore responderet atque
in forum usque processit. Ubi equites
quibus mandata cedes erat quum per
publicum dimota paganorum turba equos
adegissent viso procul eo parumper resti
terunt deinde rursus incitati desertum
a suis contrucidarunt. Sunt qui tradunt
ad primum tumultum proclamasse eum quid
agitis commilitones ego vester sum et
vos mei donatiuum etiam pollicitum. Plu
res autem tradiderunt obtulisse ultro iu
gulum et ut hoc agerent ac ferirent quando
ita hortatum videretur. Illud mirum ad
modum fuit neque presentium quemquam opem
imperatori ferre conatum et omnes qui
accirentur spreuisse nuntium excepta ger
manicorum vexillatione. Hi ob recens
meritum quod se egros et inualidos ma
gnopere fouisset in auxilium aduola
uerunt sed serius itinere deuio per igno
rantiam locorum retardati. Iugulatus est
ad lacum curtium ac relictus ita uti erat do
nec gregarius miles a frumentatione re
diens abiecto onere caput ei ampu
tauit et quoniam capillo precaluus arri
pere non potuit in gremium abdidit mox
inserto per os pollice ad ottonem detulit.
Ille lixis calonibusque donauit qui
haste suffixum non sine ludibrio circum
castra portauit adclamantes identidem
Galbe cupido fruaris etate tua maxime
irritati ad talem iocorum petulantiam quod
ante paucos dies exierat in vulgus lau
danti cuidam formam suam ut adhuc flo
ridam et vegetam respondisse eum

Abiecit patrobius neronianus libertus centum
aureis redemptum eo loco ubi iussu
galbae animaduersum in patronum suum fue
rat abiecit. Sero tandem dispensator
argiuus et hoc et ceterum truncum in p
riuatis eius hortis aurelie vie sepultu
re dedit. Statura fuit iusta capite pre
caluo oculis ceruleis adunco naso
manibus pedibusque articulari morbo

distortissimus ut neque calceum perpeti nec libellos evolvere aut tenere omnino valeret. Excreverat etiam in dexteriore latere eius caro propendebatque adeo ut aegre fascia substringeretur. Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere consueverat. Inter cenam vero usque adeo abundanti ut congesta super manus reliquias circumferri iuberet spargique ad pedes stantibus. Libidinis in mares pronior et eos non nisi praeduros exoletosque. Ferebant in Hispania Icelum e veteribus concubinis de Neronis exitu nuntiantem non modo artissimis osculis palam exceptum ab eo sed ut sine mora velleretur oratum atque seductum. Periit tertio et septuagesimo. Senatus ut primum licitum est statuam ei decreverat rostratae columnae superstantem in parte fori qua trucidatus est. Sed decretum Vespasianus abolevit percussores sibi ex Hispania in Iudaeam submisisse opinatus.

Maiores Othonis orti sunt oppido Ferentino familia vetere et honorata atque ex principibus Etruriae. Avus M. Salvius Otho patre equite Romano matre humili incertum an ingenua per gratiam Liviae Augustae in cuius domo creverat senator est factus nec praeturae gradum excessit. Pater L. Otho materno genere praeclaro multarumque et magnarum propinquitatum tam carus tamque non absimilis facie Tiberio principi fuit ut plerique procreatum ex eo crederent. Urbanos honores proconsulatum Africae et extraordinaria imperia severissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam quod motu Camilli ex paenitentia praepositos suos quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant capite punire. Et quidem ante principia se coram quamvis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret. Quo facto sicut gloriam auxit ita gratiam minuit quam tamen mature recuperavit detecta equitis Romani fraude quem proditum a servis necem Claudio parare compererat. Namque et senatus honore rarissimo statua in palatio posita prosecutus est eum. Claudius vero allectum inter patricios

collaudans amplissimis verbis hec quoque adiecit: vir quo meliores liberos habere ne opto quidem. Ex Albia Terentia splendida femina duos filios tulit L. Titianum et minorem Marcum cognomine sibi tulit et filiam quam vix dum nubilem Druso Germanici filio despondit. Otho imperator IIII kalendas Maias natus est Camillo Arruntio Domitio Ahenobarbo consulibus. A prima adolescentia prodigus ac procax adeo ut saepe flagris obiurgaretur a patre. Ferebatur et vagari noctibus solitus atque invalidum quemque obviorum vel potulentum corripere ac distento sago impositum in sublime iactare. Post patris deinde mortem libertinam aulicam gratiosam quo efficacius coleret etiam diligere simulavit quamvis anum et paene decrepitam. Per hanc insinuatus Neroni facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum, ut vero quidam tradunt et consuetudine mutui stupri. Ac tantum potentia valuit ut damnatum repetundis consularem virum ingens pretium pactus prius quam plane restitutionem impetrasset non dubitaret in senatum ad agendas gratias introducere. Omnium autem consiliorum secretorumque particeps die quem necandae matri Nero destinaverat ad avertendas suspiciones cenam utrique exquisitissimae comitatis dedit. Item Poppaeam Sabinam tunc adhuc amicam eius abductam marito demandatamque interim sibi nuptiarum specie recepit. Nec corrupisse contentus adeo dilexit ut ne rivalem quidem Neronem aequo tulerit animo. Creditur certe non modo missos ad arcessendam non recepisse sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem miscentemque frustra minas et preces ac depositum reposcentem. Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Et satis visum ne poena acrior mimum retegeret, qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit: Cur Otho mentitus sit quaeritis exul honore? Uxoris moechus coeperat esse sue. Provinciam administravit quaestorius per decem annos moderatione atque abstinentia singulari. Ut tandem occasio ultionis data est conatibus Galbae primus accessit eodemque momento et ipse spem imperii cepit magnam quidem et ex condicione

temporum sed aliquanto maiore ex affir
matione Seleuci mathematici qui quom
eum olim superstite Nerone fore sponon
disset tunc ultro inopinatus advenerat
imperaturum brevi quoque repromittens
Nullo igitur officii aut ambitionis in
quemquam genere omisso quotiens cena
principem acciperet aureos excubanti
cohorti viritim dividebat Nec eo minus
alium alia via militem demerebatur Cui
dam etiam de parte finium cum vicino liti
ganti adhibitus arbiter totum agrum re
demit emancipavitque ut iam vix ul
lus esset qui non et sentiret et predica
ret solum successione imperii dignum
Speraverat autem fore ut adoptaretur a
Galba idque in diem expectabat Sed
postquam Pisone prelato spe decidit ad vi
tam conversus est instigante super animi do
lorem etiam magnitudine eris alieni Nec
quam enim dissimulabat nisi principem se
non posse stare Nihilque referre
vel referre ab hoste in acie an in fo
ro sub creditoribus caderet Ante pau
cos dies servo Cesaris pro impetra
ta dispensatione decies sestertium expres
serat hoc subsidium tanti cepti fuit
Primo quinque speculatoribus commissa
res est deinde decem aliis quos sin
guli binos produxerant omnibus de
na sestertia representata et quinqua
genta promissa per hos sollicitati
reliqui nec adeo multi haud dubia
fiducia in ipso negotio plures adfu
turi Erat animus post adoptionem statim
castra occupare cenantemque in pala
tio Galbam aggredi sed obstitit respectus
cohortis que excubabat ne oneraret
invidiam quod eiusdem statione et Gaius fue
rat occisus et desertus Nero Medium quo
que tempus religio et Seleucus exemit
Ergo destinata die premonitis consci
is ut se in foro sub aede Saturni ad mi
liarium aureum opperirentur mane Galbam sa
lutavit utque consueverat osculo exceptus
etiam sacrificanti interfuit audivitque pre
dicta aruspicis Deinde liberto adesse ar
chitectos nuntiante quod signum conve
nerat quasi venalem domum inspectu
rus abscessit proripuitque se postica par
te palacii ad constitutum Alii febrem simulas
se aiunt eamque excusationem proximis
mandasse si quereretur Tunc abditus

propere muliebri sella in castra contendit
et deficientibus lecticariis quom desce
disset cursumque cepisset laxato calceo re
stitit donec omissa mora succolatus
et a presente comitatu imperator con
salutatus inter faustas adclamationes
strictosque gladios ad principia devenit
obvio quoque non aliter ac si conscius
et particeps foret adherente Ibi missis
qui Galbam et Pisonem trucidarent ad
conciliandos pollicitationibus militum ani
mos nihil magis pro contione testa
tus est quam id demum se habiturum quod
sibi illi reliquissent Dein vergente iam
die ingressus senatum positaque brevi
oratione quasi raptus de publico et
suscipere imperium vi coactus gesturusque
communi omnium arbitrio palatium petiit
Ac super ceteras gratulantium adula
tionesque blandicias ab infima plebe appel
latus Nero nullum indicium recusantis de
dit immo ut quidam tradiderunt etiam diplo
matibus primisque epistolis suis ad
quosdam provinciarum presides Neronis
cognomen adiecit Certe et imagines
statuasque eius reponi passus est et pro
curatores atque libertos ad eadem offi
cia revocavit nec quicquam prius pro po
testate subscripsit quam quingenties sester
tium ad peragendam auream domum Di
citur ea nocte per quietem pavefactus gemi
tus maximos edidisse repertusque a con
cursantibus humi ante lectum iacens
per omnia piaculorum genera manes
Galbae a quo deturbari expellique se vi
derat propiciare temptasse Postridie quo
que in augurando tempestate orta gravi
ter identidem obmurmurasse

Sub idem vero tempus Germaniciani exerci
tus in Vitellii verba iuraverat Quod ut
comperit auctor senatui fuit mittende
legationis que doceret electum iam princi
pem quietem concordiamque suaderet
Et tamen per internuncios ac litteras consortem
imperii generumque se Vitellio obtulit Ve
rum haud dubio bello iamque ducibus et co
piis quas Vitellius premiserat appro
pinquantibus animum fidemque erga se pretto
rianorum pene internicione amplissimi
ordinis expertus est Placuerat per
classiarios arma transferri remittique na
vibus ea cum in castris sub nocte inciperet

Insidias quidam suspicati tumultum excitaverunt ac repente ob nullo certo duce in palacium cucurrerunt cedemque senatus flagitantes repulsis que tribunorum qui inhibere temptabant nonnullis et occisis sicut erant cruenti ubi nam imperator esset requirentes perruperunt in triclinium usque nec nisi inviso destiterunt. Expedicionem autem impigre atque etiam prepropere inchoavit nulla ne religionum quidem cura sed et motis necdum conditis ancilibus quod antiquitus infaustum habetur et die quo cultores deum matris lamentari et plangere incipiunt preterea adversissimis auspiciis. Nam et victima diti patri cesa litavit cum tali sacrificio contraria exta potiora sint. Et primo egressu inundacionibus tiberis retardatus ad vicesimum etiam lapidem ruina edificiorum preclusam viam offendit. Simili temeritate quamvis dubium nemini esset quin trahi bellum oporteret quando et fame et angustiis locorum urgerentur hostes quamprimum tamen decertare statuit sive impaciens longioris sollicitudinis speransque ante vitellii adventum profligari plurimum posse sive impar militum ardori pugnam deposcencium. Nec illi pugne affuit substititque brixelli. Et tribus quidem verum mediocribus preliis apud alpes circaque placenciam et ad castoris quod loco nomen est vicit. Novissimo maximoque apud bretriacum fraude superatus est cum spe colloquii facta quasi ad condiciones pacis militibus eductis ex improviso atque in ipsa consalutacione dimicandum fuisset. Ac statim moriendi impetum cepit ut multi nec frustra opinantur magis pudore nec tanto hominum rerumque periculo dominacionem sibi asserere perseveraret quam desperacione ulla aut diffidencia copiarum quippe residuis integrisque etiam nunc quas secum ad secundos casus detinuerat et supervenientibus aliis e dalmacia pannonia que et moesia. Nec victis adeo afflictis ut non in ultionem ignominie quidvis discriminis ultro et vel sole subirent. Interfuit huic bello pater meus Suetonius letus XIII decime legionis tribunus angusticlavius. Is mox referre crebro solebat othonem etiam privatum usque adeo detestatum civilia arma ut memorante quodam inter epulas de cassii bruti que exitu cohorruerit nec concursurum cum galba fuisse nisi confideret sine bello rem transigi posse. Tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum qui cum cladem exercitus nunciaret nec cuiquam fidem faceret atque nunc mendacii nunc timoris quasi fugisset ex acie argueretur gladio ante pedes eius incubuerit. Hoc viso proclamasse eum aiebat non amplius se in periculum tales tamque bene meritos coniecturum. Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus ut sibi quisque pro facultate consuleret ab amplexu et osculo suo dimisit omnes. Secretoque captato binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios. Sed ad messalinam neronis quam matrimonio destinarat commendans reliquias suas et memoriam. Quicquid deinde epistolarum erat ne cui periculo aut noxe apud victorem foret concremavit. Divisit et pecunias domesticis ex copia presenti atque ita paratus intentusque iam morti tumultu inter moras exorto ut eos qui discedere et abire ceptabant corripi quasi desertores detinerique sensit adiciamus inquit vite et hanc noctem his ipsis totidemque verbis vetuitque vim cuiquam fieri. Et in serum usque patente cubiculo si quis adire vellet potestatem sui prebuit. Post hoc sedata siti gelide aque potione arripuit duos pugiones explorata utriusque acie cum alterum pulvino subdidisset foribus adopertis artissimo somno quievit. Et circa lucem demum expergefactus uno se traiecit ictu infra levam papillam irrumpentibusque ad primum gemitum modo celans modo detegens plagam exanimatus est et celeriter nam ita preceperat tricesimo et octavo etatis anno et nonagesimo et quinto imperii die. Tanto othonis animo nequaquam corpus aut habitus competit. Fuisse enim et modice stature et male pedatus scambusque traditur munditiarum vero pene muliebrium vulso corpore galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et adnexo ut nemo dinosceret. Quin et faciem cotidie rasitare et

pane madido leniter constrictu ideoqz in
stitisse a prima lanugine ne barba
ta viua esset Sacra deaz isidis sepe
in lintea religiosa qz veste pro palam
celebrasse per que factu putem ut mors
eius minime congruens vite maiore
miraculo fuerit Multi presentiu mi
litu cu plurimo fletu manus ac pedes
iacentis exosculati fortissimu virum
vnicu imperatore predicantes ibi
dem statim nec procul a rogo vim sue
vite attulerunt Multi et absentiu ac
cepto nuncio pre dolore armis inter se
ad internecionem concurrerunt Deniqz ma
gna pars hominu incolumem grauissime
detestata mortuu laudibus tulit vt
vulgo iactatu sit etiaz galbam ab eo no
tam dominandi q rei p ac libertatis re
stituende causa interemptum

Vitelliorum originem alij aliam
et quidam diuersissima tra
dunt partim veterem et nobi
lem partim vero nouam et
obscuram atqz etiaz sordidam
quod ego per adulatores obtrectatoresqz
imperatoris vitellij euenisse opi
narer nisi aliquanto prius de familie
conditione variatum esset Extat qz elogiu
ad Q vitelliu diui augusti questorem
libellus quo continetur vitellios fau
no aboriginum rege et vitellia que mul
tis locis pro numine coleret ortos toto
lacio imperitasse Horu residuaz stirpem
ex Sabinis transisse romam atqz inter
patricios adlectu Judicia stirpis mansis
se diu viam vitelliaz ab ianiculo ad mare
vsqz Item coloniaz eiusdem nominis qua
gentili copia aduersus equiculos tutan
dam olim depoposcissent Tempore dei
de sampnitici belli presidio in apuliaz
misso quosdam ex vitellis subsedisse nu
cerie eoru qz progeniem longo post
interuallo repetisse vrbem atqz ordi
nem senatoriu Contra plures auctore
generis libertinu prodiderunt Cassius
seuerus nec minus alij eundem et sutorem
veteramentarium cuius filius sectionibus
et cognituris vberius compendiu nac
tus ex muliere vulgari antiochi cuiusdam
furnariaz exercentis filia equitem ro ge
nuerit Sed quod discrepat sit in medio

Ceteru p vitellius domo nuceria siue
ille stirpis antique siue pudendis pare
tibus atqz auis eques certe ro et reru
augusti procurator quatuor filios am
plissime dignitatis cognomines ac tm p
nominibus distinctos reliquit Aulum qn
tu publiu luciu Aulus in consulatu obijt
que cu domicio neronis cesaris patre
inierat prelautus alioqn famosusqz et ce
naru magnificentia Quintus caruit or
dine cu auctore tiberio secerni minus
idoneos senatores remoueri qz placuisset
Publius germanici comes Cn pisonis
inimicu et interfectore eius accusauit conde
pnauit qz ac post preture honore int
seiani conscios arreptus et in custodiaz fra
tri datus scalpro librario venas sibi
incidit Nec tam mortis penitencia qz suo
ru obtestacione obligari curari qz se passus
in eadem custodia morbo perijt Lucius ex co
sulatu ~~censura qz gessit cura quoqz im~~
~~perii sustinuit absente eo~~ Syrie prepo
situs Arthabanu parthoru regem summis
artibus no modo ad colloquiu suu sed eci
am ad veneranda legionu signa pelle
xit Mox cu claudio principe duos in
super ordinarios consulatus censura qz ges
sit Curaqz quoqz imperij sustinuit absente
eo expeditione britanica vir innocens et
industrius sed amore libertine per infa
mis cuius etiaz saliuis melle commixtis ne
clam quide aut raro sed quottidie ac pa
lam arterias et fauces pro remedio foue
bat Idem miri in adulando ingenij p
mus C Cesarem adorare ut deum insti
tuit que reuersus ex Syria no aliter adire
ausus ee q capite velato circumuertens
qz se deinde procumbens Claudiu vxori
bus libertis qz addictu ne qua no ar
te demereretur proximo munera messal
lina petit vt pedes sibi preberet excal
ciandos detractu qz socculu dextru inter
togam tunica qz gestauit assidue nonnumqz
osculabundus Narcissi quoqz et pallantis
imagines aureas inter lares coluit Hu
ius et illa vox est sepe facias quom secu
lares ludos edenti claudio gratularetur
Decessit paralisi altero die q correptus est
duobus filijs superstitibus quos ex Sexti
lia probatissima nec ignobili femina edi
tos consules vidit Et quide eodem ambos
toto qz anno cu maiori minor in sex me
ses successisset Defunctu senatus publico

funere honorauit Item statua pro rostris cum hac inscriptione Pietatis immobilis erga principem

Aulus filius imperator natus est viii kal octobris vel ut quidam vii idus Septembris druso cesare Norbano flacco consulibus Genituram eius predictam a mathematicis ita parentes exhorruerunt ut pater magnopere semper contenderit ne qua ei prouincia viuo se committeretur Mater et missum ad legiones et appellatum imperatorem pro afflicto statim lamentata est Pueritiam primamque adolescentiam capreis egit inter tiberiana scorta et ipse in perpetuo spintherie cognomine notatus existimatusque corporis gratia initium et causa incrementorum patri fuisse Sequenti quoque etate omnibus probris contaminatus precipuum in aula tenuit locum Gaio per aurigandi Claudio per alee studium familiaris sed aliquanto Neroni acceptior cum propter eadem hec tum peculiari merito quod presidens certamini neronico cupientem inter citharedos contendere nec quamuis flagitantibus cunctis promittere audentem ideoque egressum theatro reuocarat quasi perseuerantis populi legatione suscepta exorandumque prebuerat Trium itaque principum indulgentia non solum honoribus verum et sacerdotiis amplissimis auctus proconsulatum africe post hec curamque operum publicorum administrauit et voluntate dispari et existimatione In prouincia singularem innocentiam prestitit biennio continuato cum succedenti fratri legatus substitisset At in urbano officio dona atque ornamenta templorum subripuisse et commutasse quedam ferebatur proque auro et argento stagnum et auricalcum superposuisse Vxorem habuit petroniam consularis viri filiam et ex ea filium petronianum captum altero oculo Hunc heredem a matre sub conditione institutum si de potestate patris exisset manu emisit breuique ut creditum est interemit insimulatum insuper parricidii et quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset Duxit mox galeriam fundanam pretorio patre ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem A galba in inferiorem germaniam contra opinionem missus est adiutum

putant T. Iunii suffragio tunc potentissimi et cui iam pridem per communem factionis sue fauorem conciliatus est nisi quod galba prese tulit nullos minus metuendos quam qui de solo victu cogitarent et posse prouincialibus copiis profundam gulam eius expleri ut cuius euidens sit contemptu magis quam gratia electum Satis constat exituro viaticum defuisse tanta egestate rei familiaris ut uxore et liberis quos rome delinquebat meritorio cenaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret utque ex aure matris detractum unionem pignorauit ad itineris impensas Creditorum quidem prestolantium ac detinentium turbam et in his Sinuessanos formianosque quorum publica vectigalia interuerterat non nisi terrore calumpnie amouit Cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriam formulam quasi calce ab eo percussus intendisset nec aliter quam extortis l sestertiis remisisset Aduenientem male animatus erga principem exercitus pronusque ad res nouas libens ac supinis manibus excepit velut dono deum ter consulis filium etate integra facili ac prodigo animo Quam veterem de se persuasionem vitellius etiam recentibus de se etiam experimentis auxerat tota via caligatorum quoque militum obuios exosculans perque stabula ac diuersoria mulionibus ac viatoribus per modum comis ut mane singulos iamne ientassent sciscitaretur seque fecisse ructu quoque ostenderet Castra vero ingressus nihil cuiquam poscenti negauit atque etiam ultro ignominiosis notas reis sordes damnatis supplicia depressit Quare dum vix mense transacto neque diei neque temporis ratione habita ac iam vespere habito subito a militibus e cubiculo raptus ita ut erat in veste domestica Imperator est consalutatus circumlatusque per celeberrimos vicos strictum diui Iulii gladium tenens detractum de delubro martis atque in prima gratulatione porrectum sibi a quodam Nec ante in pretorium rediit quam flagrante triclinio ex conceptu camini Tum quidem consternatis et quasi omine aduerso anxiis omnibus bono inquit animo estote nobis adluxit Nullo sermone alio apud milites usus Consentiente deinde etiam superioris prouincie exercitu

qui prior a galba ad senatum defecerat Co
gnomen germanici delatum ab universis
cupide recepit augusti distulit cesaris
in perpetuum recusavit. Ac subinde cede
galbae annunciata compositis germanicis
rebus partitus est copias quas adversus
othonem premitteret quasque ipse per
duceret. premisso agmine letum evenit
auspicium siquidem a parte dextra repente
aquila advolavit lustravitque signis
ingressos viam sensim ante cessit. At
contra ipso movente statue equestres
quom plurifariam ei ponerentur fractis
repente cruribus pariter corruerunt
et laurea qua religiosissime circumde
derat in profluentem excidit. Mox vi
ennae pro tribunali iura reddenti gal
linaceus supra humerum ac deinde in
capite astitit. Quibus ostentis par re
spondit exitus quoniam adhuc in gallia con
firmatum per legatos suos imperi
um per se retinere non potuit. De betriace
si victoria et othonis exitu quom ad
huc in gallia esset audiit. Nihilque cun
ctatus quicquid pretorianorum cohortium fuit
ut pessimi exempli uno exauctoravit
edicto iussas tribunis tradere arma.
Centum autem atque viginti quorum libellos
othoni datos invenerat exposcentium pre
mium ob editam in cede galbae operam
conquiri et supplicio affici imperavit.
Egregie prorsus atque magnifice et ut
summi principis spem ostenderet nisi ce
tera magis ex natura et priore vita
sua quam imperii maiestate gessisset. Nam
que itinere inchoato per medias civita
tes ritu triumphantium vectus est perque flu
mina delicatissimis navigiis et varia
rum coronarum genere redimitis inter pro
fusissimos obsoniorum apparatus nulla
familiae aut militis disciplina rapinas
ac petulanciam omnium in iocum vertens. Qui
non contenti epulo ubique publice prebito
quoscumque libuisset in libertatem asserebant
verbera et plagas sepe vulnera nonnum
quam necem representantes adversantibus. Utque
campos in quibus pugnatum est adiit
abhorrentes quosdam cadaverum tabem
detestabili voce confirmare ausus est
optime olere occisum hostem et melius ci
vem. Nec eo secius ad leniendam gravita
tem odoris plurimum meri propalam hau
sit passimque divisit. Pari vanitate atque
insolencia lapidem memoriae othonis in
scriptum intuens dignum eo mausoleo ait
pugionemque quo is se occiderat in agrip
pinensem coloniam misit marti dedica
ndum. In appennini quidem iugis etiam per
vigilium egit. Urbem denique ad classicum
introiit paludatus ferroque succinctus inter
signa atque vexilla sagulatis comitibus
ac detectis commilitonum armis. Magis
deinde ac magis omni divino humanoque iure
neglecto aliensi die pontificatum
maximum cepit. comicia in decem annos
ordinavit seque perpetuum consulem. Et
ne cui dubium foret quod exemplar re
gende rei publicae eligeret medio marcio cam
po adhibita publicorum sacerdotum freque
ncia inferias neroni dedit ac solemni co
nvivio citharedum placentem palam admo
nuit ut aliquid et de domicio diceret. In
choantique neroniana cantica primus ex
ultans etiam plausit. Talibus princi
piis magna imperii parte non nisi con
silio et arbitrio vilissimi cuiusque hi
strionum et aurigarum administravit et
maxime asiatici liberti. Hunc adolescen
tulum mutua libidine constupratum mox
tedio profugum cum puteolis poscam vend
entem reprehendisset coniecit in compedes
statimque solvit et rursus in deliciis ha
buit. iterum deinde ob nimiam contumaciam
et feracitatem gravatus circumforano lanistae
vendidit dilatumque ad finem muneris re
pente subripuit et provincia demum accep
ta manumisit. Ac primo imperii die
aureis donavit anulis super cenam quom
mane rogantibus pro eo cunctis detesta
tus esset severissime talem equestris ordinis
maculam. Sed vel precipue luxurie se
vitieque deditus epulas trifariam semper
interdum quadrifariam dispertiebat in ien
tacula et prandia et cenas comessationes
que facile omnibus sufficiens pro vomita
di consuetudine. Indicebat autem aliud alii
eadem die nec cuiquam minus singuli appa
ratus quadringentis milibus nummum con
stiterunt. Famosissima et super ceteras
fuit cena data ei adventicia a fratre in
qua duo milia lectissimorum piscium sep
tem avium apposita traduntur. Hanc quoque exsup
eravit ipse dedicatione patine quam
ob immensam magnitudinem clipeum miner
vae dictitabat. In
hac scarorum iocinera fasianorum et pavo
num

cerebella linguas phoenicopterorum murena
rum lactes a parthia usque fretoque hyspani
co per navarchos ac triremos petitarum commi
scuit. Ut autem homo non profunde modo sed
intempestive quoque ac sordide gule ne
in sacrificio quidem umquam aut itinere ul
lo temperavit quin inter altaria ibidem
statim viscus et farris pene rapta fere man
deret circaque viarum popinas fumantia obso
nia vel pridiana atque semesa. Pronus
vero ad cuiuscumque et quacumque de causa
necem atque supplicium nobiles vero viros
condiscipulos et aequales suos omnibus
blandiciis tamen non ad societatem imperii
allicefactos vario genere fraudis occidit
etiam unum veneno manu sua porrecto
in aque frigide potione quam is affectus
febre poposcerat. Fenerorum et senatorum stipulatorum et
publicanorum qui umquam
se aut rome debitum aut in via portorium
flagitassent vix ulli pepercit. Ex qui
bus quendam in ipsa salutatione suppli
cio traditum statimque revocatum cunctis
clemenciam laudantibus coram interfici
iussit velle se dicens pascere oculos. Alte
rius poene duos filios adiecit deprecari
pro patre conatos. Sed et equitem roma
num proclamantem cum raperetur ad
penam heres meus es exhibere testamen
ti tabulas coegit utque legit coherede
sibi libertum eius adscriptum iugulari cum
liberto imperavit. Quosdam et de ple
be ob id ipsum quod veneti factionem clare male
dixerat interemit contemptu sui et no
va spe id ausos opinatus. Nullis tamen
infensior quam vernaculis et mathematicis
ut quisque deferretur inauditum capite pu
niebat exacerbatus quod post edictum suum
quo iubebat ultra kalendas octobris urbe
italiaque mathematici excederent statim
libellus propositus est et chaldeos dice
bant factum ne vitellius germanicus in
tra eundem diem kalendarum usque esset. Su
spectus et in morte matris fuit quasi egre
preberi cibum prohibuisset vaticinante ca
tha muliere cui velut oraculo adque
scebat ita demum firmiter ac diutissime
imperaturum si superstes parenti extitisset.
Alii tradunt ipsam tedio presencium et immi
nencium metu venenum a filio impetrasse
haut sane difficulter. Octavo imperii
mense desciverunt ab eo exercitus moesia
rum atque pannoniae item ex transmari
nis iudaicus et syriaticus ac pars in
absentis pars in presentis vespesiani ver
bi iuraverunt. Ad retinendum ergo cete
rorum hominum studium ac favorem nihil non
publice privatimque nullo adhibito modo largi
tus est. Dilectum quoque ea condicione in urbe
egit ut voluntariis non modo missio
nem post victoriam sed etiam veteranorum
iusteque milicie commoda polliceretur. Ur
gente deinde terra marique hoste hinc
fratrem cum classe ac tironibus et gla
diatorum manu opposuit hinc bitriacenses
copias et duces atque ubique aut supe
ratus aut proditus. Salutem sibi et mili
es sestercium a flavio sabino vespesiani
fratre pepigit statimque pro gradibus
palacii apud frequentes milites cedere
se imperio quod invitus recepisset profes
sus cunctis reclamantibus rem distulit
ac nocte interposita primo diluculo
sordidatus descendit ad rostra multis
que cum lacrimis eadem illa verum e libello te
status est. Rursus interpellante milite
et populo et ne deficeret hortante
omnemque operam suam certatim pollicente
animum resumpsit. Sabinum et reliquos fla
vianos nihil iam metuentes vi subi
ta in capitolium compulit succensoque
templo iovis optimi maximi oppressit
cum et prelium et incendium e tiberia
na prospiceret domo inter epulas. Non mul
to post penitens facti et in alios cul
pam conferens vocata concione iuravit
coegitque iurare et ceteros nihil sibi
antiquius quiete publica fore. Tunc
soluto a latere pugione consuli primum
deinde illo recusante magistratibus ac
mox senatoribus singulis porrigens
nullo recipiente quasi in ede concordie
positurus abscessit. Sed quibusdam accla
mantibus ipsum esse concordiam rediit et non
solum se retinere ferrum affirmavit verum
etiam concordie recipere cognomen. Sua
sitque senatui ut legatos cum virginibus
vestalibus mitterent pacem aut certe
tempus ad consultandum impetraturos. Postri
die responsa opperienti nunciatum per ex
ploratorem hostes appropinquare. Conti
nuo igitur abstrusus gestatoria sella duo
bus solis comitibus pistore et coco a
ventinum et paternam domum clam petit
ut inde in campaniam fugeret. Mox
levi rumore et incerto tamquam pax

impetrata esset referri se in palacium passus est ubi cum deserta omnia repperisset delabentibus et qui simul erant zona se aureorum plena circumdedit confugitque in cellulam ianitoris religato pro foribus cane lecto et culcita obiectis. Irruperant iam agminis antecessores ac nemine obvio rimabantur ut fit singula. Ab his extractus e latebris sciscitantes quis esset nam ignorabatur et ubi esse Vitellium sciret mendacio elusit. Deinde agnitus rogare non destitit quasi quedam de salute Vespesiani dicturus ut custodiretur interim vel in carcere donec religatis post terga manibus iniecto cervicibus laqueo veste discissa seminudus in forum tractus est inter magna rerum verborumque ludibria per totum vie sacre spacium reducto coma capite ceu noxii solent atque etiam mento mucrone gladii subrecto ut visendam preberet faciem neve summitteret quibusdam stercore et ceno incessantibus aliis incendiarium et patinarium vociferantibus parte vulgi etiam corporis vicia exprobrante. Erat enim in eo enormis proceritas facies rubida plerumque ex vinolencia venter obesus alterum femur subdebile impulsu olim quadrige cum auriganti Gaio ministratorem exhiberet. Tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est et inde unco tractus in Tiberim. Periit cum fratre et filio anno vite septimo quinquagesimo nec fefellit coniectura eorum qui augurio quod factum ei Vienne ostendimus non aliud portendi predixerant quam venturum in alicuius Gallicani hominis potestatem. Siquidem ab Antonio primo adversarum partium duce oppressus est cui Tolose nato cognomen in pueritia Becco fuerat id valet gallinacei rostrum.

Rebellione trium principum et cede incertum diu et quasi vagum imperium suscepit firmavitque tandem gens Flavia obscura illa quidem ac sine ullis maiorum imaginibus sed tamen rei publice nequaquam penitenda constet licet Domicianum cupiditatis ac sevicie merito penas luisse. Titus Flavius Petro municeps Reatinus bello civili Pompeianarum partium centurio incertum sponte an evocatus profugit ex Pharsalica acie domumque se contulit. Ubi deinde venia et missione impetrata coactiones argentarias factitavit. Huius filius cognomine Sabinus expers milicie et siquidem eum primipilarem nonnulli cum adhuc ordines duceret sacramento solutum per causam valitudinis tradunt publicum quadragesime in Asia egit manebantque imagines a civitatibus ei posite sub hoc titulo

Postea fenus apud Helvetios exercuit ibique diem obiit superstitibus uxore Vespesia Palla et duobus ex ea liberis quorum maior Sabinus ad prefecturam urbis minor Vespesianus usque ad principatum processit. Palla Nursie honesto genere orta patrem habuit Vespesium Pollionem ter tribunum militum prefectumque castrorum fratrem senatorem pretorie dignitatis. Locus etiam ad sextum miliarium a Nursia Spoletium euntibus in monte summo appellatur Vespesie ubi Vespesiorum complura monumenta extant magnum indicium splendoris familie et vetustatis. Non negaverim iactatum a quibusdam Petronis patrem e regione Transpadana fuisse mancipem operarum que ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare soleant subsedisse autem in oppido Reatino uxore ibidem ducta. Ipse ne vestigium quidem de hoc quamvis satis curiose inquirerem inveni.

natus est in Sabinis ultra Reate vico modico cui nomen est Phalacrine XV Kl. decembris vesperi Quinto Sulpicio Camerino et Popeo Sabino consulibus quinquennio antequam Augustus excederet educatus sub paterna avia Tertulla in prediis Cosanis. Quare princeps quoque et locum

incunabulorum assidue frequentavit manente villa qualis fuerat olim ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret et avie memoriam tantopere dilexit ut solempnibus ac festis diebus pocillo quoque eius argenteo potare perseveraverit. Sumpta virili toga lati clavum quamquam fratre adepto diu adversatus est nec ut tandem appeteret compelli nisi a matre potuit. Ea demum extudit convicio magis quam precibus vel auctoritate dum eum identidem per contumeliam ante ambulonem fratris appellat. Tribunatu militum in Thracia meruit. Questor Cretham et Cyrenas provinciam sorte cepit aedilitatis ac mox preture candidatus etiam non sine repulsa sexto quoque vix adeptus est loco ac prima statim petitione et in primis pretor. Infensus senatui Gaium ne quo non genere demereretur ludos extraordinarios pro victoria eius Germanica depoposcit pene quoque coniuratorum addendum censuit ut insepulti proicerentur. Egit et gratias ei apud amplissimum senatum quod se honore cene dignatus esset. Inter hec Flaviam Domitillam duxit uxorem Statilii Capelle equitis Romani Sabratensis ex Affrica delicatam olim Latine condicionis sed mox ingenuam et civem Romanam reciperatorio iudicio pronunciatam patre asserente Flavio Liberale Ferenti genito nec quicquam amplius quam questorio scriba. Ex hac liberos tulit Titum et Domitianum et Domicellam. Uxori ac filie superstes fuit et utramque adhuc privatus amisit. Post uxoris excessum Cenidem Antonie libertam et a manu dilectam quondam revocavit sibi in contubernium habuit quoque etiam imperator pene iuste uxoris loco. Claudio principe Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est. Inde in Brittaniam translatus tricies cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes superque viginti oppida et insulam Vectem Britannie proximam in dicionem redegit partim Claudii ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta et in brevi spacio duplex sacerdotium accepit preterea consulatum quem gessit per duos novissimos anni menses. Medium tempus ad proconsulatum usque in ocio secessu quoque egit Agrippinam timens potentem adhuc apud filium et defuncti quoque Narcissi amici perosam. Exim sortitus Affricam integerrime ac sine magna dignatione administravit nisi quod Hadrumeti seditione quadam rape in eum iacta sunt. Rediit certe nihilo opulentior ut qui prope labefacta iam fide omnia predia fratri obligaret necessario quoque ad mangonicos questus sustinende dignitatis causa descenderit propter quod vulgo mulio vocabatur. Convictus quoque dicitur ducenta sestercia expressisse iuveni cui latum clavum adversus patris voluntatem impetraverat eoque nomine graviter increpitus. Peregrinatione Achaica inter comites Neronis cum cantante eo aut discederet sepius aut presens obdormisceret gravissimam contraxit offensam prohibitus quoque non contubernio modo sed etiam publica salutatione secessit in parvam ac deviam civitatem quoad latenti etiam quoque extrema metuenti provincia cum exercitu oblata est. Percrebruerat Oriente toto vetus et constans opinio esse in fatis ut eo tempore Iudea profecti rerum potirentur. Inde imperatore Romano quantum postea eventu paruit predictum Iudei ad se trahentes rebellaverunt ceso quoque preposito legatum insuper Syrie consularem suppetias ferentem rapta aquila fugaverunt. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore et non instrenuo duce cui tamen tuto tanta res committeretur opus esset ipse potissimum delectus est ut et industrie expertus nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis ac nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus octo alis cohortibus decem atque inter legatos maiore filio assumpto ut primum provinciam attigit proximas quoque convertit in se correcta statim castrorum disciplina unoque et altero prelio quam constanter inito ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu scuto quoque sagittas aliquot exceperit. Post Neronem Galbamque Othone ac Vitellio de principatu certantibus in spem imperii venit iam sibi pridem per hec ostenta conceptam. In suburbano Flaviorum quercus antiqua erat Marti sacra per tres Vespasie partus singulos repente ramos a frutice dedit. Haud dubia signa futuri cuiusque fati primum exilem et cito arefactum ideoque puella nata non perannavit. Secundum prevalidum

ac prolixam et qui magnam felicitatem portenderet. Tertium vero instar arboris. Quare patrem Sabinum ferunt auspicio insuper confirmatum renunciasse matri nepotem ei caesarem genitum. Nec illam quicquam aliud quam cachinnasse mirantem quod adhuc se mentis compote deliraret iam filius suus. Mox cum aedilem eum C. Caesar succensens curam verrendis viis non adhibitam luto iussisset oppleri congesto per militem in praetextae sinum non defuerunt qui interpretarentur quandoque proculcatam desertamque rem publicam civili aliqua perturbatione in tutelam eius ac velut in gremium deventuram. Prandente eo quondam canis extrarius e trivio manum humanam intulit mensaeque subiecit. Cenante rursus bos arator decusso iugo triclinium irrupit ac fugatis ministris quasi repente defessus procidit ad ipsos accubantis pedes cervicemque summisit. Arbor quoque cupressus in agro avito sine ulla vi tempestatis evulsa radicitus atque prostrata insequenti die viridior atque firmior resurrexit. At in Achaia somniavit initium sibi suisque felicitatis futurum simul ac dens Neroni exemptus esset. Evenitque ut sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei ostenderet tantumque. Apud Iudeam Carmeli dei oraculum consulentem ita confirmavere sortes ut quicquid cogitaret volveretque animo quamlibet magnum id esse proventurum pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis Iosephus cum coniceretur in vincula constantissime asseveravit fore ut ab eodem brevi solveretur verum iam imperatore. Nunciabantur et ex urbe praesagia Neronem diebus ultimis monitum per quietem ut thensam Iovis optimi maximi e sacrario in domum Vespasiani et inde in circum deduceret. Ac non multo post comitia secundi consulatus ineunte Galba statuam divi Iulii ad orientem sponte conversam aciemque Betriacensem prius quam committeretur duas aquilas in conspectu omnium conflixisse victaque altera supervenisse tertiam ab solis exortu ac victricem abegisse. Nec tamen quicquam ante temptavit promptissimis atque etiam instantibus suis quam sollicitatus quorundam et ignotorum et absentium fortuito favore. Moesiaci bina e tribus legionibus milia missa auxilio Othoni postquam ingressis iter

nunciatum est victum eum ac vim vitae suae attulisse nihilo setius Aquileiam usque perseveraverunt quasi rumori minus credidissent. Ibi per occasionem atque licentiam omnis rapinae grassati cum timerent ne sibi reversis reddenda ratio ac subeunda pena esset consilium inierunt eligendi creandique imperatoris neque enim deteriores esse aut Hispaniensi exercitu qui Galbam aut praetoriano qui Othonem aut Germaniciano qui Vitellium fecissent. Propositis itaque nominibus legatorum consularium quot ubique tunc erant ceteros aliud alia de causa improbarent et quidam e legione tertia quae sub exitu Neronis translata ex Syria in Moesiam fuerant Vespasianum laudibus ferret. Assensere cuncti et nomen eius vexillis inscripserunt omnibus sine mora. Et tunc quidem compressa res est revocatis ad officium paulisper numeris. Ceterum divulgato facto Tiberius Alexander praefectus Egypti primus in verba Vespasiani legiones adegit Kal. Iul. qui principatus dies in posterum observatus est. Iudaicus deinde exercitus V. Idus Iul. apud ipsum iuravit. Plurimum coeptis contulerunt iactatum exemplar epistolae verae sive falsae defuncti Othonis ad Vespasianum extrema obtestatione ultionem mandantis et ut rei publicae subveniret optantis. Simul rumor dissipatus destinasse victorem Vitellium permutare provinciarum sorte cepit hiberna legionum et Germanicas transferre in orientem ad securiorem molliorem militiam. Praeterea ex praesidibus provinciarum Licinius Mucianus et e regibus Vologesus Parthicus. Ille deposita simultate quam in id tempus ex aemulatione non obscure gerebat Syriacum promisit exercitum. Hic XL milia sagittariorum. Suscepto igitur civili bello ac ducibus copiisque in Italiam praemissis interim Alexandriam transiit ut claustra Egypti obtineret. Hic cum de firmitate imperii capturus auspicium aedem Sarapidis summotis omnibus solus intrasset ac propitiato multum deo tandem se convertisset verbenas coronasque et panificia ut illic assolet Basilides libertus obtulisse ei visus est quem neque admissum a quoquam et iam pridem propter nervorum valitudinem vix ingredi longeque abesse constabat. Ac statim advenere litterae fusas apud Cremonam Vitellii copias

ipsum in urbe interemtum mutantes. Aucto-
ritas et quasi maiestas quedam, ut scilicet
inopinato et adhuc novo principi deerat,
hec quoque accessit. E plebe quidam luminibus
orbatus, item alius debili crure sedentem
pro tribunali pariter adierunt orantes
opem valitudini demonstratam a Serapide
per quietem: restituturum oculos, si inspu-
isset; confirmaturum crus, si dignaretur
calce contingere. Quom vix fides esset
ullo modo rem successuram, ideoque ne expe-
riri quidem auderet, extremo hortanti-
bus amicis palam pro contione utrumque
temptavit, nec eventus defuit. Per idem
tempus Tegeae in Archadia instinctu
vaticinantium effosa sunt sacrato loco vasa
operis antiqui, atque in his adsimilis Ve-
spesiano imago. Talis tantaque cum fama
in urbem reversus, acto de Iudeis triumpho
consulatus octo veteri addidit. Suscepit
et censuram, ac per totum imperii tempus
nihil habuit antiquius quam prope af-
flictam nutantemque rem publicam stabili-
re primo, deinde et ornare. Primo milites
pars victorie fiducia, pars ignominie
dolore ad omnem licentiam audaciamque proces-
serant; sed et provincie civitatesque li-
bere, nec non et regna quedam tumultuo-
sius inter se agebant. Quare Vitelliano-
rum quidem et exauctoravit plurimos
et coercuit; participibus autem victorie
adeo nihil extra ordinem indulsit, ut
etiam legittima premia sero persol-
verit. Ac ne qua occasione corrigendi
disciplinam pretermitteret, adolescentu-
lum fragrantem unguento, quom sibi pro
impetrata prefectura gratias ageret,
nutu aspernatus, voce etiam gravissi-
ma increpavit: "Maluissem alium oboluis-
ses", litterasque revocavit. Classiarios
vero, qui ab Ostia et Puteolis Romam pe-
dibus per vices commeabant, petentes con-
stitui aliquid sibi calciarii nomine, quasi
parum esset sine responso abegisse, iussit
post hec excalceatos cursitare, et ex eo
ita cursitant. Achaiam, Liciam, Rhodum,
Bizantium, Samum libertate adempta, item
Traciam, Ciliciam et Comagenam, ditionis
regie usque ad id tempus, in provincia-
rum formam redegit. Capadocie propter assi-
duos barbarorum incursus legiones
addidit, consularemque rectorem imposuit
pro equite romano. Deformis urbs
veteribus incendiis ac ruinis erat; vacu-
as areas occupare et edificare, si possesso-
res cessarent, cuicumque permisit. Ipse re-
stitutionem Capitolii aggressus, ruderibus
purgandis manus primus admovit
ac suo collo quedam admovit ac suo col-
lo quedam extulit. Eratumque tabularum
tria milia, que simul conflagraverant,
restituenda suscepit undique investiga-
tis exemplaribus: instrumentum impe-
rii pulcherrimum ac vetustissimum, quo
continebantur pene ab exordio urbis se-
natus consulta, plebiscita de societate
et federe ac privilegio cuicumque concessis.
Fecit et nova opera: templum Pacis fo-
ro proximum Divique Claudii in Ce-
lio monte ceptum quidem ab Agrippina, sed
a Nerone prope funditus destructum; item
amphitheatrum urbe media, ut destinas-
se compererat Augustum. Amplissimos
ordines et exhaustos cede varia et con-
taminatos veteri negligentia purgavit
supplevitque, recenso senatu et equite, sub-
motis indignissimis et honestissimo quoque
Italicorum ac provincialium allecto. Atque
uti notum esset utrumque ordinem non tam
libertate inter se quam dignitate differre,
de iurgio quodam senatoris equitisque
romani ita pronuntiavit: non oportere
maledici senatoribus, ne maledicta remale-
dicta fasque esse. Litium series ubique maiorem in
modum excreverant, manentibus anti-
quis intercapedine iurisdictionis, acce-
dentibus novis ex condicione tumultu-
que temporum. Sorte elegit per quos rap-
ta bello restituerentur, quique iudicia
centumviralia, quibus peragendis vix
suffectura litigatorum videbatur etas, ex-
tra ordinem diiudicaret redigeretque ad
brevissimum numerum. Libido atque luxu-
ria coercente nullo invaluerant; auctor
senatui fuit decernendi, ut que se alieno
servo iunxisset, ancilla haberetur, neve
filiorum familiarum feneratoribus exige-
ndi crediti ius umquam esset, hoc est ne post
patrum quidem mortem. Ceteris in rebus sta-
tim ab initio principatus usque ad exitum
civilis et clemens mediocritatem pristi-
nam neque dissimulavit umquam, ac frequen-
ter etiam pre se tulit. Quin et cona-
tus quosdam originem Flavii generis ad
conditores Reatinos comitemque Her-
culis, cuius monimentum extat Salaria

via restare retinuit ultro adeo qui nihil
ornamentorum extrinsecus cupide appe
tivit ut triumphi die fatigatus tardi
tate ac tedio pompe non reticuerit me
rito se plecti qui triumphum quasi aut de
bitum maioribus suis aut speratum un
quam sibi tam inepte senex concupisset
ne tribuniciam quidem potestatem
patris patrie appellationem nisi sero recepit
nam consuetudinem scrutandi saluta
tes manente adhuc bello civili omis
serat Amicorum libertatem causidicorum et
figuras ac philosophorum contumaciam
lenissime tulit licinium mucianum no
te impudicitie sed meritorum fiducia
minus sui reverentem numquam nisi clam et
hactenus retaxare sustinuit ut apud
communem aliquem amicum querens ad
deret clausule ego tamen vir sum Sal
vium liberalem in defensione divitis rei
ausum dicere quid ad Cesarem si Hyp
parchus sestertium milies habet et ipse lau
davit demetrium Cynicum in itinere ob
vium sibi post damnationem ac neque assur
gere neque salutare se dignantem ob
latrantem etiam nescio quid satis habuit
canem appellare Offensarum inimicitia
rumque minime memor executorve Vi
tellii hostis sui filiam splendidissime
maritavit dotavit etiam et instruxit
Trepidum eum interdicta aula sub Nerone
ne querentem quid nam ageret aut
quo abiret quidam ex officio admissio
nis simul expellens abire iam mor
bo iusserat In hunc postea deprecan
tem non ultra verba excandivit et
quidem totidem fere atque eisdem Nam
et suspicione aliqua vel metu ad per
niciem cuiusque compelleretur tantum
abfuit ut monentibus amicis cavendum
esse Mettium Pompusianum quod vulgo
crederetur genesim habere impera
toriam insuper consulem fecerit spo
dens quandoque beneficii memorem futurum Non
temere quis punitus insons reperi
retur nisi absente eo et ignaro aut cer
te invito atque decepto Helvidio Pri
sco qui et reversum se ex Syria solus
privato nomine Vespasianum saluta
verat et in pretura omnibus edictis
sine honore ac mentione ulla transmi
serat non ante succensuit quam altercatio
nibus insolentissimis pene in ordinem

redacti Hunc quoque [illegible] relegatum
primo deinde et interfici iussit magni
estimavit servare quamquam medio mis
sis qui percussores revocarent et servas
set nisi falso renunciatum esset
Ceterum neque cede cuiusquam umquam iustis sup
pliciis illacrimavit etiam et ingemuit
Sola est in qua merito culpetur pecu
nie cupiditas non enim contentus sub Gal
ba omissa vectigalia revocasse nova
et gravia addidisse auxisse tributa
provinciis nonnullis et duplicasse sed
negociationes quoque vel privato pudendas
propalam exercuit coemendo quedam
tantum ut pluris postea distraheret nec
candidatis quidem honores reisque tu
innoxiis quam noxiis absolutiones vendi
tare cunctatus est Creditur etiam procurato
res rapacissimum quemque ad ampliora
officia ex industria solitus promovere
quo locupletiores condempnaret Quibus
quidem vulgo pro spongiis dicebatur
uti quod quasi et siccos madefaceret
et exprimeret humentes Quidam natura
cupidissimum tradunt id quod exprobra
tum ei est a sene bubulco qui negatam sibi
gratuitam libertatem quam imperium adeptum
suppliciter orabat proclamaverit
vulpem pilum mutare non mores Sunt
contra qui opinentur ad manubias
necessitate et rapinas obtusitate com
pulsum summa erarii fiscique inopia
de qua testificatus sit initio statim princi
patus professus quadringenties milies
esse opus esse ut res publica stare posset Quod
et verisimilius videtur quando et
male partis optime usus est In de
hominum genus liberalissimus Explevit cen
sum senatorum consulares inopes quinge
nis sestertiis annuis sustentavit plu
rimas per totum orbem civitates ter
re motu aut incendio afflictas resti
tuit in melius Ingenia et artes
vel maxime fovit Primus e fisco La
tinis grecisque rethoribus annua cente
na constituit prestantes poetas nec
non et artifices coemerit Item Collos
si refectorem insigni congiario magna
que mercede donavit Mechanico quoque
grandes columnas exigua impensa
perducturum in capitolium pollicenti pre
mium pro commento non mediocre obtu
lit operam remisit prefatus sineret se

plebiculam pascere. Ludos per quos scena
marcelliani theatri restituta dedica-
batur vetera quoque acroamata revoca-
verat. Appellari tragedo quadringen-
ta tertia diodora quoque cithar(o)edis du-
cena nonnullis centena quibus mini-
mum quadragena sestercia super plu-
rimos aureas coronas dedit. Sed et
convivabatur assidue ac sepius recta et
dapsile ut marcellios adiuvaret. Di-
babat sicut saturnalibus viris apophore-
reta ita per kalendas martias feminis. Et
tamen ne sic quidem pristine cupiditatis
infamia caruit. Alexandrini tibi ca-
dem eum vocare perseveraverunt cogno-
mine unius e regibus suis turpissi-
marum sordium. Sed et in funere favo
archi mimus personam eius ferens
imitansque ut est mos facta ac dicta
vivi. Interrogatis palam procurato-
ribus quanti funus et pompa consta-
ret ut audit sestercium centies exclama-
vit centum sibi sestercia darent ac se vel
in tiberim proicerent. Statura fuit
quadrata compactis firmisque membris
vultu veluti nitentis. De quo qui-
dam urbanorum non infaceter siquidem
petenti ut et in se aliquid diceret di-
cam inquit quom ventre exonerare di-
xeris. Valitudine prosperrima usus
est quamvis ad tuendam eam nihil am-
plius quam fauces ceteraque membra sibi
in certo ad numerum in sphaeristerio defricaret
mediamque unum diem per singulos
menses interponeret. Ordinem vite
hunc fere tenuit in principatu. Matu-
rius semper ac de nocte vigilabat. Dein
perlectis epistulis officiorumque omnium bre-
viariis amicos admittebat. Ac dum salu-
tabatur et calciabat ipse se et amicie-
bat. Postque decisa quecumque obvenissent
negotia gestationi et inde quieti va-
cabat accubante aliqua pallacarum quas
in locum defuncte cenidis plurimas
constituerat. Ac secreto in balneum tri-
cliniumque transibat nec ullo tempore
facilior aut indulgentior traditur. Aca-
que momenta domestici ad aliquid ma-
gnopere captabant. Et super cenam
autem ut semper alias comissime mul-
ta ioco transigebat. Erat enim dicaci-
tatis plurime et sic scurrilis et sor-
dide ut ne pretextatis quidem verbis

abstineret. Et tamen nonnulla eius face-
tissima extant in quibus et haec. Me-
strium florum consularem ad monitus
ab eo plaustra potius quam plostra di-
cenda postero die flaurum salutavit.
Expugnatus autem a quadam quasi amo-
re suo deperiret cum perducte pro co-
itu sestercia quadringenta donasset
admonente dispensatore quemadmodum
summam rationibus vellet inferri. Ve-
spasiano inquit adamato.
Utebatur et versibus grecis tempesti-
ve satis et de quodam procere stature
improbiusque nato.
Et de Cerullo liberto qui
dives admodum ob subterfugiendum quandoque
ius fisci ingenuum se et lachetem
mutato nomine ceperat ferre.
Maxime tamen dicacitatem affectabat in de-
formibus lucris ut invidiam aliqua
cavillatione dilueret transferretque ad
sales. Quendam e caris ministris dis-
pensationem cuidam quasi fratri petente
cum distulisset ipsum candidatum ad se
vocavit exacta que pecunia quantam is
cum suffragatore suo pepigerat sine
mora ordinavit interpellanti mox mi-
nistro alium tibi aut quere fratrem. Hic
quem tuum putas meus est. Mulione
in itinere quondam suspicatus ad calcia-
das mulas desiluisse ut adeunti liti-
gatori spatium moramque preberet. Inter-
rogavit quanti calciasset pactusque est
lucri partem. Reprehendenti filio tito
quod etiam urine vectigal commentus esset
pecuniam ex prima pensione admovit
ad nares sciscitans num odore offende-
retur. Et illo negante atqui inquit e lo-
tio est. Nuntiantes legatos decretam ei
publice non mediocris summe statuam
colossam iussit vel continuo poneret
cavam manum ostentans et paratam ba-
sim dicens. Ac ne in metu quidem
ac periculo mortis extremo abstinuit
iocis. Nam quae inter cetera prodigia
mausoleum de repente patuisset et stel-
la crinita in celo apparuisset. Alte-
rum ad iuniam calvinam e gente auga-
sti pertinere dicebat. Alterum ad par-
thorum regem qui capillatus esset. Prima quoque
morbi accessione ut in quit puto deus
fio. Consulatu suo nono temptatus in cam-
pania motiunculis levibus protinusque

urbe repetita cutilias a reatina rura
ubi estiuare quotannis solebat petit.
hic quamuis semper urgente ualitudine
crebrerrimo frigide aque usu etiam in-
testina uiciasset nec eo minus muneribus
imperatoriis ex consuetudine fungere-
tur ut etiam legationes audiret cu-
bans. aluo repente usque ad defectionem
soluta imperatorem ait stantem mori
oportere. dum que consurgit ac nititur
manibus subleuatur extinctus est viiii
kl' Iul' annum etatis agens sexage-
simum ac nonum super que mense ac dies
al· septimum. Conuenit inter omnes tam certam
habuisse de sua suorumque genitura semper
fiduciam ut post assiduas in se coniurationes
ausus sit affirmare senatui aut fi- 2
lios sibi successores aut neminem. dicitur
etiam se vidisse quondam per quietem
stateram media parte vestibuli palati-
ne domus positam examine equo cum in
altera lance Claudius et Nero sta-
rent, in altera ipse ac filii. Nec res
fefellit quando totidem annis pares
temporis spatio imperauerunt.

Titus cognomine paterno
amor ac delicie generis
humani tantum illi ad pro-
merendam omnium volun-
tatem vel ingenii vel ar-
tis vel fortune superfu-
it et quod difficillimum est in imperio
quondam priuatus atque etiam sub patre
principe ne odio quidem nedum vitupe-
ratione publica caruit. Natus est iii
kl' Ian' insigni anno Caiana nece
prope Septizonium sordidis edibus ac
cubiculo vero perparuo et obscuro. Nam
manet adhuc et ostenditur. educa-
tus in aula cum Britannico simul ac
paribus disciplinis et apud eosdem ma-
gistros institutus. quo quidem tempore
aiunt metoposcopum a Narcisso
Claudii liberto adhibitum ut Brita-
nicum inspiceret constantissime affirmasse
illum quidem nullo modo, ceterum
Titum qui tunc prope astabat utique im-
peraturum. Erant autem adeo familia-
res ut de potione qua Britannicus hau-
sta periit Titus quoque iuxta cubans
gustasse credatur. graui que morbo afflictatus
diu. Quorum omnium mox memor statuam ei
auream in palacio posuit et alteram ex ebo-
re equestrem que circensi pompa hodie que
prefertur, dedicauit hodieque prosequutus
que est. In puero statim corporis animique do-
tes explenduerunt, magisque ac magis de-
inceps per etatis gradus: forma egregia forma est
tia et cui non minus auctoritatis inesset
que gratie, precipuum robur quamquam neque pro-
cera statura et uentre paulo proiectiore; me-
moria singularis, docilitas ad omnes fere tum
belli tum pacis artes. Armorum et equitandi
peritissimus, promptus et facilis peritissima
latine greceque lingue vel in orando vel
in fingendis poematibus promptus et facilis
ad temporalitatem usque. Sed ne musice quidem
rudis ut qui cantaret et psalleret iocunde
scienter que. E pluribus comperi notis quoque
excipere velocissime solitum cum amanuensi-
bus suis per ludum iocumque certantem imitari-
que chirographa que cum vidisset ac sepe pro-
fiteri maximum falsarium esse potuisse. Tri-
bunus militum in Germania et in Britannia
meruit summe industrie ac minore modestie
et fame sicut apparet statuarum et imaginum
eius multitudine ac titulis per utramque pro-
uinciam. post stipendia foro operam dedit
honestam magis quam assiduam. eodem que hic
Arrecinam Tertullam patre equite ro sed pre-
fecto quondam pretorianarum cohortium duxit
uxorem et in defuncte locum Marciam Furnil-
lam splendidi generis cum qua sublata filia
diuortium fecit. Et questure deinde honore
legionem prepositus Taricheas et Gamala
urbes Iudee ualidissimas in potestatem re-
degit. equo quadam acie sub feminibus amis-
so altero que inscenso cuius rector circa se di-
micans occubuerat. Galba mox tenente re-
publicam missus ad gratulandum quacumque iret
conuerteret homines quasi adoptionis gratia
arcesseretur. Sed ubi turbari rursus cuncta
sensit redit ex itinere aditoque Paphie ue-
neris oraculo dum de nauigatione consulit
etiam de imperii spe confirmatus est. Cuius
breui compos et ad perdomandam Iudeam relictus
nouissima Hierosolymorum oppugnatione
xii propugnatores totidem sagittarum con-
fecit ictibus. Cepitque ea natali filie
sue tanto militum gaudio ac fauore ut in
gratulatione imperatorem eum consalutauerint
et subinde decedentem prouinciam detinuerint,
suppliciter nec non et minaciter efflagitantes

Aut secum remaneret aut omnes pariter abduceret. Unde nata suspicio est quasi descisceret a patre orientisque sibi regna vendicare temptasset, quam suspicionem auxit postquam Allexandriam petens in consecrando apud Memphim bove Apide diadema gestavit, de more quidem rituque prisce religionis; sed non deerant qui sequius interpretarentur. Quare festinans in Italiam cum Regium dein Puteolos oneraria nave appulisset, Romam inde contendit expeditissimus, inopinantique patri velut arguens rumorum de se temeritatem: Veni, inquit, pater, veni.

Neque ex eo destitit participem atque etiam tutorem imperii agere. Triumphavit cum patre censuramque gessit una. Eidem collega et in tribunicia potestate et in septem consulatibus fuit. Receptaque ad se prope omnium officiorum cura, cum patris nomine et epistolas dictaret et edicta conscriberet orationesque in senatu recitaret etiam questoris vice, prefecturam quoque pretorii suscepit numquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam, egitque aliquanto incivilius et violentius. Siquidem suspectissimum quemque sibi summissis qui per theatra et castra quasi consensu ad penam deposcerent haud cunctanter oppressit.

In his Aulum Cecinam consularem vocatum ad cenam ac vix dum triclinio egressum confodi iussit, sane urgente discrimine, cum etiam chirographum eius preparate apud milites contionis deprehendisset. Quibus rebus sicut in posterum securitati satis cavit, ita ad presens plurimum contraxit invidie, ut non temere quis tam adverso rumore magisque invitis omnibus transierit ad principatum. Preter seviciam suspecta in eo etiam luxuria erat, quod ad mediam noctem comessationes cum profusissimo quoque familiarium extenderet. Nec minus libido propter exoletorum et spadonum greges propterque insignem regine Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur. Suspecta rapacitas, quod constabat in cognitionibus patris nundinari premiarique solitum. Denique propalam alium Neronem et opinabantur et predicabant. Atque illi ea fama pro bono cessit conversaque est in maximas laudes, neque vicio ullo reperto et contra virtutibus summis.

Convivia instituit iocunda magis quam profusa. Amicos elegit quibus etiam post eum principes ut et sibi et rei publice necessariis acquieverunt precipueque sunt usi. Berenicem statim ab urbe dimisit invitus invitam. Quosdam e gratissimis delicatorum quamquam tam artifices saltatores ut mox scenam tenuerint non modo fovere prolixius sed spectare omnino in publico cetu supersedit. Nulli civium quicquam ademit. Abstinuit alieno ut si quisquam umquam, ac ne concessas quidem ac solitas collationes recepit. Et tamen nemini munificentia inferior, amphitheatro dedicato thermisque iuxta celeriter extructis munus edidit apparatissimum largissimumque. Dedit et navale prelium in veteri naumachia, ibidem et gladiatores, atque uno die quinque milia omne genus ferarum.

Natura autem benivolentissimus, cum ex instituto Tiberii omnes dehinc cesares beneficia a superioribus concessa principibus aliter non haberent quam si eadem hisdem et ipsi dedissent, primus preterita omnia uno confirmavit edicto nec a se peti passus est. In ceteris vero desideriis hominum obstinatissime tenuit ne quem sine spe dimitteret. Quin et admonentibus domesticis quasi plura polliceretur quam prestare posset, non oportere ait quemquam a sermone principis tristem discedere. Atque etiam recordatus quondam super cenam quod nihil cuiquam toto die prestitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: Amici, diem perdidi. Populum in primis universum tanta per omnes occasiones comitate tractavit ut proposito gladiatorio munere non ad suum sed ad spectantium arbitrium editurum professus sit. Et plane ita fecit, nam neque negavit quicquam petentibus et ut que vellent peterent ultro adhortatus est. Quin et studium armature Threcum pre se ferens sepe cum populo et voce et gestu ut fautor cavillatus est, verum maiestate salva nec minus equitate. Ne quid popularitatis pretermitteret, nonnumquam in thermis suis admissa plebe lavit.

Quedam sub eo fortuita ac tristia acciderunt, ut conflagratio Vesevi montis in Campania, et incendium Rome per triduum totidemque noctes, et pestilentia quanta non temere alias. In his tot adversis ac talibus non modo principis sollicitudinem sed et parentis affectum unicum prestitit, nunc consolando per edicta, nunc opitulando quatenus suppeteret facultas. Curatores restituende Campanie consularium numero sorte duxit; bona oppressorum

in Vesevino quorum heredes non extabant re-
stitucioni afflictarum civitatum attribuit. Ur-
bis incendio nihil publice nisi perisse testa-
tus cuncta pretoriorum suorum ornamenta ope-
ribus ac templis destinavit preposuitque quam
plures ex equestri ordine quo queque ma-
turius peragerentur. Medende valitudini
leniendisque morbis nullam divinam hu-
manamque opem non adhibuit inquisito omni
sacrificiorum remediorumque genere. Inter ad-
versa temporum et delatores mandatores-
que erant ex licentia veteri. Hos assidue in
foro flagellis ac fustibus cesos ac no-
vissime traductos per amphitheatri are-
nam partim subici in servos ac venire im-
peravit partim in asperrimas insularum ave-
hi. Utque etiam similia quandoque ausuros per-
petuo coherceret vetuit inter cetera de ea-
re pluribus legibus agi querique de cuiusque
defunctorum statu ultra certos annos.
Pontificatum maximum ideo se professus
accipere ut puras servaret manus fi-
dem prestitit. Nec auctor post hec cuius-
quam necis nec conscius quamvis interdum ulciscen-
di causa non deesset sed periturum se potius
quam perditurum adiurans. Duos patricii ge-
neris convictos in affectatione imperii nihil
amplius quam ut desisterent monuit dicens
principatum fato dari. Si quid preterea de-
sideraret promittens se tributurum. Et con-
festim quidem ad alterius matrem que procul ab-
erat cursores suos misit qui anxie sal-
vum filium nunciarent. Ceterum ipsos non solum
familiari cene adhibuit sed in sequenti
die gladiatorum spectaculo circa se ex indu-
stria collocatos oblata sibi ferramenta pu-
pugnantium inspicienda porrexit. Dicitur
etiam cognita utriusque genitura immine-
re ambobus periculum affirmasse verum quando-
que et ab alio sicut evenit. Fratrem sibi in-
sidiari non desinentem sed pene ex professo so-
llicitantem exercitus meditantem fugam neque occi-
dere neque seponere ac ne in minore quidem ho-
nore habere sustinuit. Sed ut a primo im-
perii die consortem successoremque testari per-
severavit nonnumquam secreto precibus et lacri-
mis orans ut tandem erga mutuo animo vellet
esse. Inter hec morte preventus est maiore
hominum damno quam suo. Spectaculis absolutis
in quorum fine populo coram ubertim fleve-
rat Sabinos petit aliquanto tristior quod sac-
rificanti hostia aufugerat quodque tempestate
serena tonuerat. Deinde ad primam statim
mansionem febrim nactus cum inde lectica trans-
ferretur suspexisse dicitur dimotis pallulis celum
multumque conquestus eripi sibi vitam immerenti
neque enim extare ullum suum factum penitendum
excepto dumtaxat uno. Id quale fuerit neque
ipse tunc prodidit neque cuiquam facile succurrerit.
Quidam opinantur consuetudinem recordatum
quam cum fratris uxore habuerit sed nullam ha-
buisse persancte Domicia iurabat haud
negatura si qua omnino fuisset immo etiam
gloriatura quod illi promptissimum erat in
omnibus probris. Excessit in eadem qua pater villa
idibus Septembris post biennium ac men-
ses duos diesque viginti quam successerat patri
altero et quadragesimo etatis anno. Quod
ut palam factum est non secus atque in domestico
suo luctu merentibus publice cunctis sena-
tus prius quam edicto convocaretur ad curiam con-
cucurrit obseratis adhuc foribus deinde
apertis tantas mortuo gratias egit laudesque
congessit quantas ne vivo quidem umquam atque presenti.

Domicianus natus est
VIIII Kl. Novembris patre
consule designato inituroque
mense insequenti honorem
regione urbis sexta ad
Malum punicum domo quam
postea in templum gentis Flavie convertit.
Pubertatis ac prime adolescentie tempus tanta in-
opia tantaque infamia gessisse fertur ut
nullum argenteum vas in usu haberet.
Satis que constat Clodium Pollionem preto-
rium virum in quem est poema Neronis quod
inscribitur Luscio chirographum eius con-
servasse et nonnumquam protulisse noctem sibi
pollicenti. Nec defuerunt qui affirmarent
corruptum Domicianum et a Nerva succes-
sore mox suo. Bello Vitelliano confugit
in Capitolium cum patruo Sabino ac par-
te presentium copiarum. Sed irrumpentibus
adversariis et ardente templo apud edituum
clam pernoctavit ac mane Isiaci celatus
inter sacrificulos varie superstitionis
cumque se trans Tiberim ad condiscipuli sui
matrem comite uno contulisset ita latu-
it ut scrutantibus qui vestigia subsecuti erant
deprehendi non potuerit. Post victoriam
demum progressus et Cesar consalutatus
honorem pretoris urbani consulari potestate
suscepit titulo tenus quam iurisdictionem consulari

ad collegam proximus transtulit. Ceterum om-
nium dominationibus tam licenter exercuit ut
iam tum qualis futurus esset ostenderet. Ne ex-
equar singula contrectatis multorum
uxoribus Domitiam Longinam Aelio Lami-
ae nuptam etiam in matrimonium abdu-
xit. Atque uno die super viginti officia
urbana aut peregrina distribuit mi-
rari se Vespasiano dictante quod successo-
rem et non sibi mitteret. Expeditionem quo-
que in Galliam Germaniamque neque neces-
sariam et dissuadentibus paternis amicis
inchoavit tantum ut fratri se et opibus et di-
gnacione inchoaret adequaret. Ob hec
correptus quoque magis et etatis et condi-
cionis admoneretur habitabat cum patre
una sellaque eius ac fratris quotiens prodi-
rent lecticam sequebatur ac triumphum utri-
usque Iudaicum equo albo comitatus est. Quin-
que et sex consulatibus non nisi unum ordinarium
gessit eumque cedente ac suffragante fra-
tre. Simulavit et ipse mire modestiam
in primisque poetice studium tam insuetum an-
tea quam postea spretum et abiectum. Recita-
vitque etiam publice. Nec tamen eo secius quo
Vologesus Parthorum rex auxilia adversus
Alanos ducemque alterum ex Vespasiani li-
beris depoposcisset omni opere contendit
ut ipse potissimum mitteretur et quia dissua-
sa res est alios orientis reges ut idem
postularent donis ac pollicitationibus sol-
licitare temptavit. Patre defuncto diu
cunctatus an duplum donativum militibus of-
ferret numquam iactare dubitavit relictum
se participem imperii sed fraudem testamen-
to adhibitam. Neque cessavit ex eo insidias
struere fratri clam et palam quoad cor-
reptum gravi valitudine prius quam plane
efflaret animam pro mortuo deseri iussit.
Defunctumque nullo preterquam consecrationis
honore dignatus sepe etiam obliquis
carpsit orationibus et edictis. Inter initia
principatus cotidie secretum sibi horarum
sumere solebat nec quicquam amplius quam muscas
captare ac stilo preacuto configere ut
cuidam interroganti esset ne quis intus
cum Cesare non absurde responsum sit a Vibio
Crispo ne musca quidem. Deinde uxorem
Domitiam ex qua in secundo suo consulatu
filium tulerat alteroque anno consaluta-
verat ad Augustam eandem Paridis histrio-
nis amore deperditam repudiavit. In-
traque breve tempus impatiens discidii

quam efflagitante populo reduxit. Circa admi-
nistrationem autem imperii aliquamdiu se va-
rium prestitit mixtura quoque equabili
viciorum atque virtutum donec virtutes quo-
que in vicia deflexit quantum coniectare li-
cet super ingenii naturam inopia rapax
metu sevus. Spectacula assidue ma-
gnifica et sumptuosa edidit non in am-
phitheatro modo verum et in circo ubi preter
sollemnes bigarum quadrigarumque cursus
prelium etiam duplex equestre ac pedestre
commisit. Et in amphitheatro navale quoque.
Nam venationes gladiatoresque et noc-
tibus ad lichinuchos nec virorum modo pu-
gnas sed et feminarum. Preterea questo-
riis muneribus que olim omissa revo-
caverat ita semper interfuit, bina paria
ut populo potestatem faceret e suo lu-
do postulandi eaque novissima aulico
apparatu induceret. Ac per omne gladia-
torum spectaculum ante pedes eius stabat
puerulus coccinatus parvo portentosoque ca-
pite cum quo plurimum fabulabatur non-
numquam serio. Auditus est certe dum ex eo que-
rit et quid sciret cur sibi visum esset
ordinatione proxima Egypto preficere
Mettium Rufum. Edidit navales pugnas
pene iustarum classium effosso et circumstructo
iuxta Tiberim lacu atque inter maximos
imbres perspectavit. Fecit et ludos secu-
lares computata ratione temporum ad annum
non quo Claudius proxime sed quo
olim Augustus ediderat. In his circen-
sium die quo facilius centum missus peragerentur
singulos a septenis spatiis
ad quina corripuit. Instituit et quinque-
nnale certamen Capitolino Iovi triplex
musicum equestre gymnicum et aliquanto plu-
rium quam nunc est coronatorum. Certamen
in et prosa oratione grece latineque ac
preter citharedos chorocitharistas quoque
et psilocitharistas. In stadio vero cur-
sum etiam virgines. Certamini presedit cre-
pidatus purpureaque amictus toga gre-
canica capite gestans coronam aurea
cum effigie Iovis ac Iunonis Minerveque
assidentibus diali sacerdote et collegio
Flavialium pari habitu nisi quod illorum coro-
nis inerat et ipsius imago. Celebrabat
et Albano quotannis Quinquatria Minerve
cui collegium instituerat ex quo sorte du-
cti magisterio fungerentur redderentque
eximias venationes et scenicos ludos

functi aut consulatibus septem triu-
pho censura que duplici et inter pa-
tricios adlecti perseveraverunt omnes
in eodem cognomine ac ne prenomina quidem
ulla preter Gn. et Lucii usurpa-
verunt Easque ipsa notabili varietate
modo continuantes unum quodque per
trinas personas modo alternantes per si-
gulas Nam primum secundumque ac tercium A-
enobarborum Lucios sequentes tres
rursus tres ex ordine Gneos accepimus re-
liquos non nisi vicissim tum Lucios tum
Gneos Pluris e familia cognosci refer-
re arbitror Quo facilius appareat ita
degenerasse a suorum virtutibus Nero ut
tamen vitia cuiusque quasi tradita et inge-
nita retulerit Ut igitur paulo altius
repetam Atavus eius Gn. Domitius
in tribunatu pontificibus offensior
quod alium quam se in patris sui locum cooptas-
sent ius sacerdotum subrogandorum a
collegiis ad populum transtulit At
in consulatu Allobrogibus Arvernisque
superatis elefanto per provinciam
vectus est turba militum quasi inter
solemnia triumphi prosequente In hu-
dixit Licinius Crassus orator non
esse mirandum quod aeneam barbam habe-
ret Cui os ferreum cor plumbeum esset Hu-
ius filius pretor C. Cesarem abeuntem
consulatu quem adversus auspicia le-
gesque gessisse existimabatur ad disqui-
sitionem senatus vocavit Mox consul
imperatorem ab exercitibus gallicis re-
trahere temptavit successorque ei per fac-
tionem nominatus principio civilis
belli ad Corfinium captus est Unde di-
missus massiliensi obsidione labora-
tibus cum adventu suo confirmasset repente
destituit acieque demum Pharsalica oc-
cubuit Vir neque satis constans et
ingenio truci In desperatione rerum mor-
tem timore appetitam ita expavit ut hau-
stum venenum penitencia evomuerit me-
dicumque manumiserit quod sibi prudens
ac sciens minus noxium temperasset
Consultante autem Gn. Pompeio de me-
diis ac neutram partem sequentibus solus
censuit hostium numero habendos Re-
liquit filium omnibus gentis sue procul-
dubio preferendum Is inter conscios Ce-
sariane necis quamquam insons dampnatus le-
ge Pedia cum ad Cassium Brutumque se

propinqua sibi cognatione iunctos co-
tulisset post utriusque interitum classem
olim commissam retinuit auxit etiam Nec
nisi partibus ubique profligatis M. An-
tonio sponte et ingentis meriti loco tra-
didit Solusque omnium ex his qui pari le-
ge dampnati erant restitutus in patriam
amplissimos honores percucurrit Ac
subinde redintegrata dissensione civi-
li eidem Antonio legatus delatam sibi sum-
mam imperii ab his quos Cleopatre pu-
debat neque suscipere neque recusare fide-
liter propter subitam valitudinem ausus tran-
siit ad Augustum et in diebus paucis obi-
it nonnulla et ipse infamia aspersus
Nam Antonius eum desiderio amice
Servilie Nadis transfugisse iactavit
Ex hoc Domitius nascitur quem empto-
rem familie pecunieque in testamento
Augusti fuisse mox vulgo notatum est Non
minus aurigandi arte in adolescencia
clarus quam deinde ornamentis triumphali-
bus ex Germanico bello Verum arrogans
profusus inmitis Censorem L. Plancum
via sibi decedere aedilis coegit Preture
consulatusque honore equites Ro. matronasque
ad agendum mimum produxit in scenam
Venationes et in circo et in omnibus urbis
regionibus dedit munus etiam gladiato-
rium sed tanta sevicia ut necesse fuerit
Augusto clam frustra monitum edicto co-
hercere Ex Antonia maiore patrem Ne-
ronis procreavit omni parte vite detesta-
bilem Siquidem comes ad orientem C. Ce-
saris iuvenis occiso liberto suo quod pota-
re quantum iubebat recusarat dimissus
e cohorte amicorum nihilo modestius vi-
xit sed in vie Appie vico repente puerum
citatis iumentis haud ignorans obtri-
vit et Rome medio foro cuidam equi-
ti Ro. liberius iurganti oculum eruit Per-
fidie vero tante ut non modo argenta-
rios pretiis rerum coemptarum sed et in
pretura mercede palmarum aurigarios
fraudaverit Notatus ob hec et sororis
ioco querentibus dominis factionum repre-
sentanda premia in posterum sanxit
Maiestatis quoque et adulteriorum incestique
cum sorore Lepida sub excessu Tiberii re-
us mutatione temporum evasit decessitque
Pyrgis morbo aque intercute
sublato filio Nerone ex Agrippina Ger-
manico genite

ma mee gemita
Ante post viiii mensem quam Tiberius exces
sit xviii Kl Ianu. tantum ex oriente sole pe
ne ut radiis prius quam terra contingeretur.
De genitura eius statim multa et for
midolosa multi coniectatibus presagio
fuit etiam Domicii patris vox inter gra
tulaciones amicorum negantis quicquam ex
se et Agrippina nisi detestabile et malo
publico nasci potuisse. Eiusdem future in
felicitatis signum euidens die lustrico ex
titit. Nam C. Cesar rogante sorore ut in
fanti quod vellet nomen daret intuens
Claudium patruum suum a quo mox princi
pem Nero adoptatus est eius se dixit da
re neque ipse serio sed per iocum et asperna
te Agrippina quod tum Claudius inter
ludibria aule erat. Trimulus patrem
amisit cuius ex parte tercia heres non
habuit quidem integram cepit correptis per
coheredem Caium vniuersis bonis. Et sub
inde matre etiam relegata pene inops
atque egens apud amitam Lepidam nu
tritus est sub duobus pedagogis salta
tore atque tonsore. Verum Claudio
imperium adepto non solum paternas opes
recuperauit sed et Crispi Passieni vitri
ci sui hereditate ditatus est. Gratia quo
dem et potencia reuocate restituteque
matris usque eo floruit ut emanaret in
vulgus missos a Messallina vxore Clau
dii qui eum meridiantem quasi Britanni
ci emulum strangularent. Additur fabu
le ad eosdem dracone se cubilimo prose
rente conterritos refugisse. Que fa
bula exorta est deprehensis in lecto eius
circa ceruicalia serpentis exuuiis quas
tamen aureae armille ex voluntate ma
tris inclusas dextro brachio gestauit
aliquandiu ac tedio tandem materne
memorie abiecit rursusque extremis
suis rebus frustra requisiuit. Tener
adhuc necdum matura pueritia circen
sibus ludis Troiam constantissime fa
uorabiliterque lusit. Vndecimo etatis
anno a Claudio adoptatus est. Anni
coque Senece iam tunc senatori in di
sciplina deditus. Ferunt Senecam proxima
nocte visum sibi per quietem C. Cesari pre
cipere et fidem somnio Nero breui fe
cit prodita immanitate nature quibus
primum potuit experimentis. Namque Brita
nicum fratrem quod se post adopcionem Enobar

bum ex consuetudine salutasset ut sub
ditiuum apud patrem arguere conatus
conatusque est. Amitam autem Lepidam re
am testimonio coram afflixit gratificans
matri a qua reprimebatur. Deductus
in forum tiro populo congiarium mili
ti donatiuum proposuit. Indictaque de
cursione pretorianis scutum sua manu
pretulit. Exhinc patri gratias in se
natu egit. Apud eundem consulem pro Bo
noniensibus latine pro Rhodiis atque
Iliensibus grece verba fecit. Auspica
tus est et iurisdictionem prefectus vrbi sa
cro Latinarum celeberrimis patronis
non translaticias ut assolet et breuis ma
ximas plurimasque postulaciones cer
tatim ingerentibus quamvis interdictum a
Claudio esset. Nec multo post duxit
vxorem Octauiam. Edidit que pro Clau
dii salute circenses et venacionem.
Septemdecim natus annos ut de Clau
dio palam factum est inter horam sextam
septimamque processit ad excubitores
quoniam ob totius diei diritatem non ali
ud auspicandi tempus accommodatius vi
debatur proque palacii gradibus im
perator consalutatus lectica in ca
stra et inde raptim appellatis militibus
in curiam delatus est discessitque iam ve
speri. Ex immensis quibus cumulaba
tur honoribus tantum patris patrie no
mine recusato propter etatem. Orsus
hinc a pietatis ostentacione Claudium ap
paratissimo funere elatum laudauit et
consecrauit. Memorie Domicii patris
honores maximos habuit. Matri sum
mam omnium rerum priuatarum publicarumque
permisit. Primo etiam imperii die sig
num excubanti tribuno dedit Optimam
matrem ac deinceps eiusdem sepe lectica
per publicum simul vectus est. Anti
um coloniam deduxit ascriptis veterani
bus e pretorio additis per domicilii trans
lacionem ditissimis primipilarium vbi et por
tum operis sumptuosissimi fecit. Atque
ut certiorem adhuc indolem ostenderet
ex Augusti prescripto imperaturum
se professus neque liberalitatis neque cle
mencie nec comitatis quidem exhibende
vllam occasionem omisit. Grauiora vec
tigalia aut aboleuit aut minuit.
Premia delatorum Papie legis ad quar
tas redegit. Diuiso populo viritim

quadringenos nummos senatorum nobilis
simo cuique, sed re familiari destituto a
nua salaria et quibusdam quingena con
stituit. Item pretorianis cohortibus fru
menti menstruum gratuitum. Et cum de
supplicio capitis cuiusdam dampnati ut
ex more subscriberet admoneretur, quam
vellem inquit nescire litteras. Omnes
ordines subinde ac memoriter salu
tauit. Agenti senatui gratias res
pondit cum meruero. Ad campestres
exercitationes suas admisit et plebem, de
clamauit quoque sepius publice, recitauit
et carmina non modo domi sed in thea
tro tanta uniuersorum letitia ut ob recita
tionem supplicatio decreta sit atque pars car
minum aureis litteris Joui capitolino
dicata. Spectaculorum plurima et ua
ria genera edidit, iuuenales, circen
ses, scenicos ludos, gladiatorum munus.
Juuenalibus senes quoque consulares
anusque matronas recepit ad lusum.
Circensibus loca equiti secreta a ce
teris tribuit, commisit quoque camelorum
quadrigas. Ludis quos pro eter
nitate imperii susceptos appellari ma
ximos uoluit, ex utroque ordine et
sexu plerique ludicras partes sustinu
erunt. Notissimus eques ro. elephan
to supersedens per cathadromum decur
rerit. Inducta et Afranii togata que In
cendium scribitur concessumque ut scena
ardentis domus supellectilem diripe
rent ac sibi haberent. Sparsa et populo
missilia omnium rerum per omnes dies singu
la cottidie milia auium cuiusque generis
multiplex penus, tessere frumenta
rie, uestis, aurum, argentum, gemme, mar
garite, tabule picte, mancipia, iume
ta atque etiam mansuete fere, nouissime
naues, insule, agri. Hos ludos spec
tauit e proscenii fastigio. Munere quod
in amphitheatro ligneo regione mar
tii campi intra anni spacium fabricato
dedit, neminem occidit ne noxiorum quidem.
Exhibuit autem ad ferrum etiam quadrin
gentos senatores, sexcentosque equi
tes ro. et quosdam fortune atque existi
mationis integre. Ex eisdem ordinibus con
fectores ferarum et uaria harene
ministeria. Exhibuit et naumachi
am marina aqua innantibus beluis.
Item pyrrichas quasdam e numero ephe
borum quibus post editam operam di
plomata ciuitatis ro. singulis obtulit.
Inter pyrricharum argumenta taurus pa
siphaam ligneo iuuence simulacro ab
ditam iniit ut multi spectantium credide
runt. Ycharus primo statim conatu iux
ta cubiculum eius decidit ipsumque
respersit. Nam perraro presidere, cete
rum accubans paruis primum foraminibus
deinde toto podio adaperto specta
re consueuerat. Instituit et quinquen
nale certamen primus omnium rome more
greco triplex musicum, gymnicum, eque
stre, quod appellauit neronia. Dedicatis
thermis atque gymnasio senatui quoque
et equiti oleum prebuit. Magistros toti
certamini preposuit consulares sorte
sede pretorum. Deinde in orchestram se
natumque descendit et orationis quidem
carminisque latini coronam de qua hone
stissimi quique contenderant ipsorum conse
nsu concessam sibi recepit. Cithare au
tem iudicibus ad se delatam adorauit
ferrique ad augusti statuam iussit. Gim
nico quod in septis edebat inter buthy
sie apparatum barbam primam posuit con
ditamque in auream pyxidem et preci
osissimis margaritis adornatam capito
lino consecrauit. Ad athletarum specta
culum inuitauit et uirgines uestales
quasi quoque olimpiae cereris sacerdoti
bus spectare conceditur. Non immerito
inter spectacula ab eo edita et pro me
tidatis in urbe introitum retulerim. Quem
Armenie regem magnis pollicitationibus
sollicitatum cum destinato per edictum die
ostensurus populo propter nubilum distu
lisset, produxit quo oportunissime po
tuit, dispositis circa fori templa arma
tis cohortibus, curuli residens apud
rostra triumphantis habitu inter signa
militaria atque uexilla. Et primo per
deuexum pulpitum subeuntem admisit
ad genua, alleuatumque dextra exosculatus
est. Deinde precanti tiaram diademate inpo
suit, uerba supplicis interpretata pre
torio uiro multitudini pronunciante. Per
ductum inde in theatrum ac rursus suppli
cantem iuxta se latere dextro collocauit.
Ob que imperator consalutatus lau
ream in capitolium lata Ianum geminum
clausit tamquam nullo residuo bello. Con
sulatus quatuor gessit, primum bi

mestrem secundum et novissimos semestres
reliquis quadrimestres. Medios duos tolli
maluit reliquos inter annua spatia
variavit. In iurisdictione postulatoribus
nisi sequenti die ac per libellos non temere
respondit. Cognoscendi morem eum tenu
it ut continuis actionibus omissis singil
latim quoque per vices ageret. Quotiens
autem ad consulendum secederet neque in co
mmune quicquam neque palam deliberabat
sed et conscriptas ab uno quoque sententi
as tacitus ac secreto legens quod ipsi
libuisset perinde atque pluribus videretur
pronunciabat. In curiam libertinorum fili
os diu non admisit admissos prioribus
principibus abnegavit honores. Candi
datos qui supra numerum essent in solatium
dilationis ac more legionibus preposu
it. Consulatum in senos plerumque menses
dedit defuncto quoque circa kalendas ianuarias altero e
consulibus neminem substituit velud impro
bans exemplum vetus Canini Rebu
li uno die consulis. Triumphalia orna
menta etiam questorie dignitatis et non
nullis ex equestri ordine tribuit nec utique
ex causa militari. Et de quibusdam re
bus orationes ad senatum missas preterito
questoris officio per consulem plerumque
recitabat. Formam edificiorum novam ur
bis excogitavit et ut ante insulas
ac domos porticus essent de quarum so
lariis incendia arcerentur easque sumptu
suo extruxit. Destinarat etiam Ostia
tenus menia promovere atque inde fos
sa mare veteri urbi inducere. Multa
sub eo et animadversa severe ac coercita
nec minus instituta. Adhibitus sumpti
bus modus publice cene ad sportulas
redacte. Interdictum ne quid in popinis coc
ti preter legumina aut olera veniret
quom antea nullum non obsonium genus pro
poneretur. Afflicti suppliciis christiani genus
hominum superstitionis nove ac malefice.
Vetiti quadrigariorum lusus quibus in
veterata licentia passim vagantibus fal
lere ac furari per iocum ius erat. Panto
mimorum factiones cum ipsis simul relegate.
Adversus falsarios tunc primum reperti
ne tabule nisi pertuse ac ter lino per
foramina traiecto obsignarentur. Cautum
ut testamentis prime due tantum cere testato
rum modo nomine inscripto vacue signaturis
ostenderentur. Ac ne qui alieni scriptor testamenti

legatum sibi adscriberet. Item ut litiga
tores pro patrociniis certam iustamque
mercedem pro subselliis nullam omnino
darent prebente erario gratuita. Ut
que rerum actu ab erario cause ad forum
ac recuperatores transferentur et ut omnes
appellationes a iudicibus ad senatum fierent.
Augendi propagandique imperii neque
voluntate ulla neque spe motus unquam etiam
ex Britannia deducere exercitum cogi
tavit nec nisi verecundia ne obtrecta
re parentis gloriam videretur destitit.
Ponti modo regnum concedente Polemo
ne. Item Alpium defuncto Cottio in pro
vincie formam redegit. Peregrinationes
omnino duas suscepit Alexandrinam et
Achaicam. Sed Alexandrina ipso profec
tionis die destitit turbatus religione
simul ac periculo. Nam quom circuitis
templis quom in aede Vestae resedisset
consurgenti ei primum lacinia obhesit
dein tanta oborta caligo est ut dispi
cere non posset. In Achaia Isthmum
perfodere aggressus pretorianos pro
contione ad incohandum opus cohorta
tus est tuba quoque signo dato primus ra
stello humum effodit et corbulae con
gestam humeris extulit. Parabat et
ad Caspias portas expeditionem conscripta
ex Italicis senum pedum tironibus nova le
gione quam magni Alexandri more pha
langem appellabat.

Inter ceteras disciplinas pueritiae tempore
imbutus et musica statim ut imperium
adeptus est Terpnum citharoedum vigente
tunc preter alios accersit diebusque con
tinuis post cenam canenti in multam no
ctem assidens paulatim et ipse meditari
exercerique cepit. Neque eorum quicquam omittere
que generis eius artifices vel conser
vande vocis causa vel augende factita
rent. Sed et plumbeam chartam supinus
pectore sustinere et clystere vomituque
purgari et abstinere pomis cibisque
officientibus. Donec blandiente profectu
quamquam exigue vocis et fuscae prodire
in scenam concupiit. Subinde inter fa
miliares grecum proverbium iactans occul
te musice "respectum" nullum esse. Et prodit

Neapolim sicut ac ne concussisse quidem
repente motu terre theatro ante canta
re destitit quam inchoatum absolveret nom
Ibidem sepius ac per complures
cantavit dies Sumpto etiam ad refi
ciendam vocem brevi tempore impatiens sec
reti a balneis in theatrum transiit me
dia quam in orchestra frequente populo
epulatus Si paulum subbibisset aliquid
se suffertum tinniturum greco sermone p
misit Captus autem modulatis alexa
drinorum laudationibus qui de novo co
meatu neapolim confluxerant plures
alexandria evocavit Neque eo segni
us adolescentulos equestris ordinis
et quinque amplius milia e plebe robustis
sime iuventutis undique elegit qui di
visi in factiones plausuum genera condi
scerent bombos et imbrices et testas
et testas vocabat operamque navarent
cantanti sibi insignes pinguissima
coma et excellentissimo cultu pueri ac
sine anulo levis quorum duces quadri
gena milia sestertia merebant Cum
magni estimarent cantare etiam ro
mae neroneum agona ante prestitutam
diem revocavit flagitantibusque cun
ctis celestem vocem respondit quidem
in hortis se copiam volentibus facturum
sed adiuvante vulgi preces etiam statione
militum que tunc excubabat repre
sentaturum pollicitus est libens ac sine
mora nomen suum in alba profitentium
cytharedorum iussit ascribi Sorticula
que in urnam cum ceteris dimissa int
ravit ordine suo Simul prefecti p
torii citharam sustinentes post tribu
ni militum iuxtaque amicorum inti
mi Ut que constitit pro acto principio
in orbem se cantaturum per clivium ru
fum consularem pronunciavit et in ho
ra fere decimam perseveravit coronam
que eam et reliquam certaminis partem
in annum sequentem distulit ut sepius cane
di occasio esset Quod quoniam tardum
videretur non cessavit identidem se pu
blicare nec dubitavit etiam privatis
spectaculis operam inter scenicos dare
quadam pretorum sestertium decies offere
te Tragedias quoque cantavit personatus
heroum deorum quam item heroidum ac dearum
personis effectis ad similitudinem oris sui
et femine prout quamque diligeret

Item cetera cantavit canacen parturi
entem Horestem matricidam Oedipoden
excecatum Herculem insanum In qua fa
bula fama est tyrunculum militem po
situm ad custodiam aditus cum eum ornari
ac vinciri cathenis sicut argumen
tum postulabat videret accurrisse fe
rende opis gratia Equorum studio vel
precipue ab ineunte etate flagravit
plurimusque illi sermo quamquam vetaretur
de circensibus erat Et quondam trac
tum agitatorem inter condiscipulos
querens obiurgante pedagogo de
Hectore se loqui ementitus est Sed que
inter initia imperii eburneis quadri
gis quottidie in abaco luderet ad om
nes etiam minimos circenses secessu commeabat
primo clam deinde propalam ut ne
mini dubium esset eo die utique affuturum
Neque dissimulabat velle se palmarum
numerum ampliari quare spectaculum mul
tiplicatum in serum protraha
batur ne dominis quidem factionum dignantibus
nisi ad totius diei cursum greges du
cere Mox et ipse aurigare atque etiam spe
ctari sepius voluit posito que in hortis
inter servicia et sordidam plebem ru
dimento universorum se oculis in circo ma
ximo prebuit aliquo liberto mittente
mappam unde magistratus solent Nec co
tentus harum artium experimenta rome
dedisse Achaiam ut diximus petit hinc
maxime motus Instituerant civitates
apud quas musici agones edi solent
omnes cytharedorum coronas ad eum mit
tere eas adeo grate recipiebat ut le
gatos qui pertulissent non modo p
mos admitteret sed etiam familiaribus
epulis interponeret A quibusdam ex
his rogatus ut cantaret super cenam
exceptusque effusius solos scire et audi
re grecos solosque se et studiis suis di
gnos ait Nec profectione dilata ut
primum Cassiopen traiecit statim ad aram
Iovis cassii cantare auspicatus certa
mina deinceps obiit omnia Nam et
que diversissimorum temporum sunt co
gi in unum annum quibusdam etiam
iteratis iussit et olympie quoque pre
ter consuetudinem musicum agona co
misit Ac ne quid circa hec occupatum
avocaret detineretve cum presentia
eius urbicas res egere a liberto

Helio admoneret res scripsit quamvis n
bis omnibus nunc tuum consilium sit et vo
tum celeriter reverti me tamen suadere et
optare potius debes ut Nerone dignus
revertar. Cantante eo ne necessaria
quidem causa excedere theatro licitum erat.
Itaque et enixe quedam in spectaculis
dicuntur et multi tedio audiendi lau
dandi que clausis oppidorum portis aut fur
tim desiluisse de muro aut morte
simulata funere elati. Quam autem trepide
anxieque certaverit quanta adversa
riorum emulatione quo metu iudicum
vix credi potest. Adversarios quasi ple
ne condicionis eiusdem observare captare
infamare secreto nonnumquam ex occursu ma
ledictis incessere ac si qui arte precel
lerent corrumpere etiam solebat. Iudices autem
prius quam inciperet reverendissime allo
quebatur omnia se facienda fecisse sed
eventum in manu esse fortune illos
ut sapientes et doctos viros fortuita
debere excludere atque ut auderent hor
tantibus equiore animo recedebat ac
ne sic quidem sine sollicitudine taci
turnitate pudore quorundam pro tri
sticia et malignitate arguens sus
pectosque sibi dicens. In certando vero
ita legi obediebat ut numquam excreare
ausus sudorem quoque frontis brachio
detergeret atque etiam in tragico quodam
actu cum elapsum baculum cito resumpsisset
pavidus et metuens ne ob delictum certa
mine summoveretur non aliter confirma
tus est quam adiurante ypocrita non
animadversum id inter exultaciones sub
clamaciones que populi. Victorem autem se
ipse pronunciabat qua de causa et pre
conio ubique contendit. Ac ne cuius
alterius ieronicarum memoria aut
vestigium extaret usque subverti et unco
trahi abici que in latrinas omnium statu
as et imagines imperavit. Auriga
vit quoque plurifariam Olimpiis vero
etiam decemiugem quamvis id ipsum in re
ge Mitridate carmine quodam suo
reprehendisset sed excussus curru
ac rursus repositus cum perdurare
non posset destitit ante decursum neque
eo secius coronatus est. Decedens deinde pro
vinciam universam libertate donavit
simul que iudices civitate Romana et pecu
nia grandi. Que beneficia e medio
stadio Isthmiorum die sua ipse voce pro
nunciavit. Reversus e Grecia Neapo
lim quod in ea primum artem protulerat
albis equis introiit disiecta parte
muri ut mos ieronicarum est. Simi
li modo Antium inde Albanum inde Romam
sed et Romam eo curru quo Augu
stus olim triumphaverat et in veste pur
purea distincta que stellis aureis cla
mide coronamque capite gerens
Olympiacam dextra manu Pythiam
preeunte pompa ceterarum cum titu
lis ubi et quos quo cantionum quove
fabularum argumento vicisset. Seque
tibus currum ovantium ritu plausoribus
Augustianos milites que se triumphi
eius clamitantibus. Dehinc diruto
Circi Maximi arcu per Velabrum fo
rumque Palacium et Apollinem petit.
Incedenti passim victime cese spar
so per vias identidem croco ingesteque
aves ac lemnisci et bellaria. Sacras
coronas in cubiculis circum lectos po
suit. Item statuas suas citharedico
habitu qua nota etiam nummum per
cussit. Ac post hec tantum afuit a re
mittendo laxando que studio ut conser
vande vocis gracia neque milites um
quam nisi absens aut alio verba pro
nunciante appellaret neque quicquam serio
ioco ve egerit nisi astante phona
sco qui moneret parceret arteriis
ac sudarium ad os applicaret multis
que vel amiciciam obtulerit vel simul
tatem indixerit prout quisque se ma
gis parcius ve laudasset. Petula
ciam libidinem luxuriam avariciam
crudelitatem sensim quidem primo et
occulte et velut iuvenili errore exer
cuit sed ut tunc quoque dubium nemini fo
ret nature illa vicia non etatis esse.
Post crepusculum statim arrepto pilleo
vel galero popinas inibat circaque
vicos vagabatur ludibundus nec sine
pernicie tamen siquidem redeuntes a cena
verberare ac repugnantes vulnera
re cloacis que demergere assueverat
tabernas etiam effringere et expila
re quintana domi constituta ubi
parte et ad licitationem dividende prede
precium absumeretur. Ac sepe in eius
modi rixis oculorum et vite pericu
lum adiit a quodam laticlavio cuius

Uxorem obtractaverat prope ad necem
cestibus. Quare numquam publice postea publi
ce se illud hore sine tribunis commisit
procul et occulte subsequentibus. Interdiu
quoque clam gestatoria sella delatus in
theatrum seditionibus panthomimorum e par
te proscenii superiore signifer simul ac
spectator aderat. Et cum ad manus ve
ntum est lapidibusque et subselliorum frag
minibus decerneretur, multa et ipse iecit in
populum atque etiam pretoris caput consaucia
vit. Paulatim vero invalescentibus
vitiis iocularia et latebras omisit nul
laque dissimulandi cura ad maiora pa
lam erupit. Epulas a medio die ad me
diam noctem protrahebat refotus sepe ca
lidis piscinis ac tempore estivo nivatis. Ce
nitabatque nonnumquam in publico naumachia
preclusa vel a marcio campo vel circo
maximo inter scortorum totius urbis et
ambubaiarum ministeria. Quotiens Osti
am Tiberi deflueret aut Baianum sinum
preter navigaret dispositi per litora et
rippas diversorie taberne parabantur
insignes ganee et matronarum institor
loco passim imitancium atque hinc inde
hortancium ut appulerit. Indicebat et
familiaribus quorum uni me
tellita quadragies sestercium constitit al
teri pluris aliquanto rosaria. Super
ingenuorum pedagogia et nuptarum con
cubinatus vestali virgini Rubrie vim in
tulit. Acten libertam paulum abfuit quin
iusto sibi matrimonio coniungeret summis
sis consularibus viris qui regio genere
ortam peierarent. Puerum Sporum exsectis
testibus etiam in muliebrem naturam transfigu
rare conatus cum dote et flameo per sollemnia
nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro
uxore habuit. Extat quod cuiusdam non in
fecitis iocus bene agi potuisse cum rebus
humanis si Domicius pater talem habuisset
fct uxorem. Hunc Sporum Augustarum ornamentis
excultum lecticaque vectum et circa conventus
mercatusque Grecie ac mox Rome circa
sigillaria comitatus identidem exoscu
latus. Nam matris concubitum appetisse et
obtrectatoribus eius ne ferox atque impotens
mulier et hoc genere gracie prevaleret de
territum nemo dubitavit, utique postquam
meretricem quam fama erat Agrippine si
millimam inter concubinas recepit. Olim
etiam quotiens lectica cum matre veheretur
libidinatum inceste ac maculis vestis prodi
tum affirmant. Suam quidem pudiciciam
usque adeo prostituit ut contaminatis pe
ne omnibus membris novissime quasi genus
lusus excogitaret quo ferae pelle con
tectus emitteretur e cavea virorumque ac
feminarum ad stipitem deligatorum ingui
na invaderet et cum affatim desevis
set conficeretur a Doriphoro liberto cui
et sicut ipsi Sporus ita ipse denupsit vo
ces quoque et heiulatus vim pacientium virgi
num imitatus. De nonnullis comperi per
suasissimum habuisse eum neminem hominem
pudicum aut ulla parte corporis purum
esse verum plerosque dissimulare vicium et
callide obtegere; ideoque professis apud
se obscenitatem cetera quoque concessisse
delicta. Divitiarum et pecunie fructum
non alium putabat quam profusionem. Sordi
dos ac depravatos esse quibus impen
sarum ratio constaret, prelautos vereque
magnificos qui abuterentur ac perderent.
Laudabat mirabaturque avunculum Ga
ium nullo magis nomine quam quod ingen
tes a Tiberio relictas opes in brevi
spatio prodegisset. Quare nec largien
di nec absumendi modum tenuit. In Tiri
datem quod vix credibile videatur octingen
na nummum milia diurna erogavit abe
untique super sestercium milies contulit.
Menecraten citharedum et Spiculum mir
millonem triumphalium virorum patrimo
niis aedibusque donavit. Cercopithecum
Panerotem feneratorem et urbanis ru
sticisque prediis locupletatum prope re
gio extulit funere. Nullam vestem bis
induit. Quadringenis in punctum se
sterciis aleam lusit. Piscatus est rete au
rato et purpura cocco que funibus nexis.
Numquam minus mille carrucis fecisse iter
traditur, soleis mularum argenteis,
canusinatis mulionibus, armillata et
phalerata etiam Mazacum turba atque cur
sorum. Non in alia re tamen damnosior
quam in hedificando domum a palatio Esqui
lias usque fecit, quam primo transitoriam mox
incendio absumptam restitutamque auream nomina
vit. De cuius spatio atque cultu suffecerit
hec retulisse. Vestibulum eius fuit in
quo colossus CXX pedum staret ipsius effi
gie; tanta laxitas ut porticus tripli
ces miliarias haberet. Item stagnum
maris instar circumseptum hedificiis ad

urbium speciem rura insuper arvis atque
vinetis et pascuis silvisque varia cum multi-
tudine omnis generis pecudum ac ferarum.
In ceteris partibus cuncta auro lita, distin-
cta gemmis unionumque conchis erant. Ce-
nationes laqueatae tabulis eburneis ver-
satilibus ut flores, fistulatis ut unguenta de-
super spargerent. Precipua cenationum ro-
tunda que perpetuo diebus ac noctibus vi-
ce mundi circumageretur. Balnee mari-
nis et albulis fluentes aquis. Eiusmo-
di domum cum absolutam dedicaret hactenus
comprobavit ut se diceret quasi hominem
tandem habitare cepisse. Preterea incho-
abat piscinam a Miseno ad Avernum lacum con-
tectam porticibusque conclusam, quo quicquid ba-
iis calidarum aquarum esset converteretur;
fossam ab Averno Ostiam usque, ut navi-
bus nec tamen mari iretur, longitudinis per
clx milia, latitudinis qua contrarie quinque-
remes commearent. Quorum operum perfi-
ciendorum gratia quodque ubique esset custodie
in Italiam deportari, etiam scelere convictos
non nisi ad opus damnari preceperat.
Ad hunc impendiorum furorem super fidu-
ciam imperii etiam spe quadam repenti-
na immensarum et reconditarum opum
impulsus est ex indicio equitis romani pro
comperto pollicentis thezauros an-
tiquissime gaze quos Dido regina fu-
giens Tyro secum extulisset esse in Affri-
ca vastissimis specubus abditos ac pos-
se erui parvula molientium opera. Ve-
rum ut spes fefellit destitutus atque iam ex-
haustus et egens ut stipendia quoque
militum et commoda veteranorum prot-
rahi atque differri necesse esset, calumniis ra-
pinisque intendit animum. Ante omnia in-
stituit ut e libertorum defunctorum bo-
nis pro semisse dextante ei cogerentur qui
sine probabili causa eo nomine essent
quo fuissent ille familie quas ipse con-
tingeret. Deinde ut ingratorum in principem
testamenta ad fiscum pertinerent, ac
ne impune esset studiosis iuris qui
scripsissent vel dictassent ea. Tunc ut
lege maiestatis facta dicta que omnia que-
libet modo delatore non deesset tene-
rentur. Omnia revocavit et premia co-
ronarum que unquam sibi civitates in cer-
taminibus detulissent. Et cum interdixis-
set usum amethystini ac tyrii coloris,
summisissetque qui nundinarum die paucas

uncias venales venderet, preclusit cunctos
negotiatores. Quinetiam inter canendum
animadversam matronam in spectaculis
vetita purpura cultam demonstrasse pro-
curatoribus suis dicitur detractamque illi-
co non veste modo sed et bonis exuit. Nul-
li delegavit officium ut non adiceret:
Scis quid mihi opus sit; et, Hoc aga-
mus ne quis quicquam habeat. Ultimo
templis compluribus dona detraxit, sy-
mulacra que ex auro vel argento fabri-
cata conflavit, inter que penatium deorum que
mox Galba restituit. Parricidia et ce-
des a Claudio exorsus est, cuius necis
etsi non auctor, at conscius fuit, neque
dissimulanter, ut qui boletos in quo ci-
bi genere venenum is acceperat quasi
deorum cibum posthac proverbio greco
collaudare sit solitus. Certe omnibus rerum
verborumque contumeliis mortuum insecta-
tus est, modo stultitie modo sevicie ar-
guens. Nam et morari eum desisse inter
homines producta prima syllaba iocca-
batur, multaque decreta et statuta ut
insipientis atque deliri pro irritis ha-
buit. Denique bustum eius consepiri nisi
humili levique materia neglexit. Bri-
tannicum non minus emulatione vocis que
illi iocundior suppetebat quam metu ne
quandoque apud homines gratiam paterna me-
moria prevaleret veneno aggressus
est. Quod acceptum a quadam Lucusta
venenariorum indice, ut opinione tar-
dius cederet, ventre modo Britannico mo-
to, arcessitam mulierem sua manu ver-
beravit, arguens pro remedio vene-
num dedisse. Excusantique minus datum
ad occultandam facinoris invidiam, Sa-
ne, inquit, legem Iuliam timeo; coe-
gitque se coram in cubiculo quam posset
velocissimum ac presentaneum coquere.
Deinde in hedo expertus postquam is
quinque horas protraxit, iterum ac se-
pius recoctum porcello obiecit. Quo
statim exanimato inferri in triclinium da-
rique cenanti secum Britannico imperavit.
Et cum ille ad primum gustum con-
cidisset, comitiali morbo ex consue-
tudine correptum apud convivas emen-
titus, postero die raptim inter maximos
imbres tralaticio extulit funere. Lo-
custe pro navata opera impunitatem
predia que ampla sed et discipulos

dedit. Matrem facta dictaque sua exquirentem acerbius et corrigentem hactenus primo gravabat ut invidia identidem oneraret quasi cessurus imperio Rhodumque abiturus, mox et honore omni et potestate privavit abductaque militum et Germanorum statione contubernio quoque ac palatio expulit; neque in divexanda quicquam pensi habuit, summissis qui et Rome morantem litibus et in secessu quiescentem per convicia et iocos terra marique pretervehentes inquietarent. Verum minis eius ac violentia territus perdere statuit. Et cum ter veneno temptasset sentiretque antidotis premunitam, lacunaria que noctu super dormientem laxata machina deciderent paravit. Hoc consilio per conscios parum celato solubilem navem, cuius vel naufragio vel camere ruina periret, commentus est. Atque ita reconciliatione simulata iocundissimis litteris Baias evocavit ad sollempnia Quinquatruum simul celebranda; datoque negotio trierarchis qui liburnicam qua advecta erat velut fortuito concursu confringerent, protraxit convivium, repetentique Baulos in locum corrupti navigii machinosum illud obtulit et hilarem prosecutus atque in digressu papillas quoque exosculatus.

Reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit opperiens ceptorum exitum. Sed et diversa omnia nandoque evasisse eam comperit, inops consilii L. Agerinum libertum eius salvam et incolumem cum gaudio nuntiantem, abiecto clam iuxta pugione, ut percussorem sibi subornatum arripi constringique iussit, matrem occidi, quasi deprehensum crimen voluntaria morte vitasset. Adduntur his atrociora nec incertis auctoribus: ad visendum interfecte cadaver accucurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse.

Neque tamen conscientiam sceleris, quamquam et militum et senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim aut umquam postea ferre potuit, sepe confessus exagitari se materna specie verberibusque Furiarum ac tedis ardentibus. Quin et facto per magos sacro evocare manes et exorare temptavit.

Peregrinatione quidem Grecie et Eleusinis sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce preconis summoventur, interesse non ausus est. Iunxit parricidio matris amite necem. Quam cum ex duritia alvi cubantem visitaret et illa tractans lanuginem eius, ut assolet, iam grandis natu per blandiciam forte dixisset: simul hanc excepero, mori volo, conversus ad proximos confestim se positurum veluti irridens ait, precepitque medicis ut largius purgarent egram; necdum defuncte bona invasit suppresso testamento, ne quid abscederet.

Uxores preter Octaviam duas postea duxit, Poppeam Sabinam questorio patre natam et equiti Romano antea nuptam, deinde Statiliam Messalinam Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem. Qua ut potiretur, virum eius Atticum Vestinum consulem in honore ipso trucidavit. Octavie consuetudinem cito aspernatus corripientibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria ornamenta. Eandem mox sepe frustra strangulare meditatus dimisit ut sterilem; sed improbante divortium populo nec parcente conviciis etiam relegavit, demumque occidit sub crimine adulteriorum adeo impudenti falsoque, ut in questione pernegantibus cunctis Anicetum pedagogum suum indicem subiecerit, qui fingeret et dolo stupratam a se fateretur. Poppeam duodecimo die post divortium Octavie in matrimonium acceptam dilexit unice; et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit, quod se ex aurigatione sero reversum gravida et egra conviciis incesserat. Ex hac filiam tulit Claudiam Augustam amisitque admodum infantem.

Nullum adeo necessitudinis genus est, quod non scelere perculerit. Antoniam Claudii filiam recusantem post Poppee mortem nuptias quasi molitricem novarum rerum interemit. Similiter inter ceteros aut affinitate aliqua sibi aut propinquitate coniunctos; in quibus Aulum Plautium iuvenem, quem cum ante mortem per vim conspurcasset: eat nunc, mater mea et successorem meum osculetur, iactans dilectum ab ea et ad spem imperii impulsum.

Privignum Ruffinum Crispinum Poppea natum impuberem adhuc quia ferebatur ducatus et imperia ludere mari dum piscaretur servis ipsius demandavit. Tuscum nutricis filium relegavit quod in procuratione Egipti balneis in adventum suum extructis lavisset. Senecam preceptorem suum ad necem compulit quamvis sepe commeatum petenti bonisque cedenti persancte sepe iurasset suspectum se frustra periturumque potius quam nociturum ei. Burro prefecto remedium ad fauces pollicitus toxicum misit. Libertos divites et senes olim adoptionis mox dominationis sue fautores atque rectores veneno partim cibis partim potionibus indito intercepit. Nec minore sevicia foris et in exteros grassatus est. Stella crinita que summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur per continuas noctes oriri ceperat. Anxius ea re ut ex Babillo astrologo didicit solere reges talia ostenta cede aliqua illustri expiare atque a semet in capita procerum depellere nobilissimo cuique exitium destinavit. Enimvero multo magis et quasi per iustam causam duabus coniurationibus provulgatis quarum prior maiorque Pisoniana Rome posterior Viniciana Beneventi conflata atque detecta est. Coniurati e vinculis triplicium catenarum dixere causam cum quidam ultro crimen faterentur nonnulli etiam imputarent quasi aliter illi non possent nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus. Damnatorum liberi urbe pulsi enectique veneno aut fame. Constat quosdam cum pedagogis et capsariis uno prandio pariter necatos alios diurnum victum prohibitos querere. Nullus posthac adhibitus dilectus aut modus interimendi quoscumque libuisset quacumque de causa. Sed ne de pluribus referam Salvidieno Orfito obiectum est quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasset, Cassio Longino iurisconsulto ac luminibus orbato quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris Cesaris imagines retinuisset, Peto Thrasee tristior et pedagogi vultus. Mori iussis non amplius quam horarum spatium dabat ac ne quid more interveniret medicos admonebat qui cunctantes continuo curarent: ita enim vocabat venas mortis gratia incidere. Creditur etiam polyphago cuidam Egipti generis crudam carnem et quicquid daretur mandere assueto concupisse vivos homines laniandos absumendosque obicere. Elatus inflatusque tantis velut successibus negavit quemquam principum scisse quid sibi liceret multasque nec dubias significationes sepe iecit ne reliquis quidem se parsurum senatoribus eumque ordinem sublaturum quandoque e re publica ac provincias et exercitus equiti Romano ac libertis permissurum. Certe neque adveniens neque proficiscens quemquam osculo impertiit ac ne salutatione quidem, et in auspicando opere Isthmi magna frequentia clare ut sibi ac populo Romano bene res verteret optavit dissimulata senatus mentione. Sed nec populo aut menibus patrie pepercit. Dicente quondam in sermone communi

Immo inquit

plane quia ita fecit. Nam quasi offensus deformitate veterum edificiorum et angustiis flexurisque vicorum incendit urbem tam palam ut plerique consulares cubicularios eius cum stuppa teda que in prediis suis deprehensos non attigerint. Et quedam horrea circa domum auream quorum spatium maxime desiderabat ut bellicis machinis labefacta atque inflammata sint quod saxeo muro constructa erant. Per sex dies septemque noctes ea clade sevitum est ad monumentorum bustorumque diversoria plebe compulsa. Tunc preter immensum numerum insularum domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc spoliis adornate deorumque edes ab regibus ac deinde punicis et gallicis bellis vote dedicateque et quicquid visendum atque memorabile ex antiquitate duraverat. Hoc incendium e turre Mecenatiana prospectans letusque flamme ut aiebat pulchritudine Halosin Ilii in illo suo scenico habitu decantavit. Ac ne non hinc quoque quantum posset prede et manubiarum invaderet pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit. Collationibusque non receptis modo verum et efflagitatis provincias privatorumque census prope exhausit. Accesserunt tantis ex principe malis probrisque quedam et fortuita pestilentia unius autumni quo triginta funerum milia in rationem Libitine venerunt. Clades Britannica qua duo

precipua oppida magna civiū sociorū
qz cede direpta sunt Ignominia ad
oriente legionibus in armenia sub iugū
missis aegre qz Syria retenta Mirū vel
precipue nobile inter hec fuit nihil eū pa
tientius qz maledicta et convitia hominū tu
lisse neqz in ullos leniorē qz i qui se dictis
et carminibus lacessissent extitisse Multa g
ac latine qz proscripta aut vulgata sunt
sicut illa

Quis negat enee magna de stirpe nero
nē Sustulit hic matrem sustulit ille pa
trem dū tendit citharā noster dū cornua
parthus Noster erit
Roma domus fiet veios migrate quirites
Si nō et veios occupat ista domus Sed
neqz auctores requisivit et quosdā per in
dicem delatos ad senatū affici graviore
pena prohibuit Transeuntē eū ysodorus
~~cinicus~~ cinicus in publico clara voce cor
ripuerat qz naupli mala bene cantaret
sua bona male disponeret Et datus
atellanarū histrio in cantico quodā ita
demonstraverat ut bibentem natantem
qz fecerat exitū sc claudii agrippine qz
significans et novissima clausula orchi
us nobis ducit pedes senatū gestu nota
ret histrionē et philozophū vero nihil
amplius qz urbe italia qz summovit vel
contemptu omnis infamie vel ne fatendo
dolorem irritaret ingenia Talem prin
cipem paulominus xiiii annos perpessus ter
rarū orbis tandē destituit initiū facienti
bus gallis duce Julio vindice qui tum
eam provinciā propraetor obtinebat Pre
dictū a mathematicis Neroni olim erat
fore ut quandoqz destitueretur Unde illa vox
eius celeberrima
quo maiores sc venia meditaretur citha
redicā artem principi sibi gratā privato
necessariā Spoponderant tamen quidā desti
tuto orientis dominationē nonnulli nominatim
regnū Jherosolimorū plures omnis for
tune pristine restitutionē Cui spei pronior
Britannia armenia qz amissa ac rursus
utraqz recepta defunctū se fatalibus ma
lis existimabat Ut vero consulto de delphis
Apolline septuagesimū ac tercium annū ca
vendū sibi audivit qz eo demū obiturus
Ac nihil coniectans de etate galbe tanta fi
ducia nō modo senectā sed etiā perpetuā
singularem qz concepit felicitatē ut amissis
naufragio pretiosissimis rebus nō dubita
verit inter suos dicere pisces eas sibi rela
turos Neapoli de motu galliarū cognovit
die ipso quo matrem occiderat adeo qz len
te ac secure tulit ut gaudentibus etiā suspi
cionē preberet tamqz occasione nata spoliandarū
iure belli opulentissimarū provincia
rū Statim qz in gymnasium progressus
certantes athletas effusissimo studio specta
vit Cene quoqz tempore interpellatus tumul
tuosioribus litteris hactenus excanduit ut
malū hiis qui defecissent minaret Denique
per octo continuos dies nō rescribere cuiqz
non mandare quid aut precipere conatus re
silencio obliteravit Edictis tn vindicis co
tumeliosis et frequentibus permotus senatū
in epistola in ultionē sui reiqz pu adhorta
tus est excusato langore faucium propter que
nō adesset Nihil aut eque doluit qz ut ma
lū se citharedū increpitū ac pro Nerone
Aenobarbū appellatū Et nomen quidem
gentile quod sibi per contumeliā exprobra
ret resumpturū se professus est deposi
to adoptivo cetera convicia vt falsa non
alio argumento refellebat qz qz etiā insci
cia sibi tantopere elaborate perfecte qz a se
artis obiceretur singulos subinde rogitans
nossent ne quēqz prestanciorē Sed urgē
tibus aliis super alios nuncios romam
pretrepidus rediit leviter qz modo in itinē
frivolo auspicio mente recreata cū adno
tasset insculptū monumento militem gallū
ab equite Ro oppressum trahi crinibus ad eā
speciem exiluit gaudio celū qz adoravit
At ne tunc quidē aut senatū aut populo co
ram appellato quosdā e primoribus viris
domū evocavit transacta qz raptim
consultatione reliquā diei partē per
organa ydraulica novi et ignoti ge
neris circumduxit ostendens qz singula
de ratione ac difficultate cuiusqz disse
rens iā se etiā omnia prolaturū in
theatrū affirmavit si per vindicē liceat
At postqz deinde et Galbā et Hyspa
nias descivisse cognovit collapsus animo ma
le fracto diu sine voce et prope in
termortuus iacuit Ut qz resipuit ve
ste discissa capite converberato actū de se p
nunciavit consolanti qz nutricule et aliis
quoqz iā principibus similia accidisse me
moranti se vero preter ceteros inaudita
et incognita respondit qui summū imperiū

viribus amitteret. Hoc eo secutus quod is erat fortitudine luxus atque desidie omisit vel imminuit. Enim in tanta prospere gesta et provincie in gratia esset super abundantissima cena iocularia inde victoris ducis carmina lascive et modulata que vulgo notuerunt et gesticulatus est. Ac spectaculis theatri etiam illatus cuidam scenico placenti nuntium misit abuti cum occupationibus suis. Omnino statim tumultus multa et varia verum non abhorrencia a natura sua creditur destinasse successores percussores quod summittere exercitus et provincias regentibus quasi conspiratis idem quod et vivi senatentibus quidquid ubique exulum quod in urbe hominum gallicanorum esset contrucidare. Illos ne desciscentibus aggregarent. Gallias exercitibus diripiendas permittere, senatum universum per convivia necare, urbem incendere feris in populum immissis quo difficilius defenderet. Sed absterritus non tam penitencia quam perficiendi desperatione credens quod expedicionem necessariam consules ante tempus privavit honore atque in utriusque locum solus init consulatum quasi fatale esset non Gallias posse debellare nisi a consule. Ac susceptis fascibus quom post epulas triclinio digrederetur innixus humeris familiarium affirmavit simul ac primum provinciam attigisset inermem se conspectum exercitus proditurum nec quicquam aliud quam fleturum. Revocatisque ad penitentiam defectoribus insequenti die letum inter letos cantaturum epinicia que iam sibi nunc componi oporteret. In preparanda expedicione prima cura habuit deligendi vehicula portandis scenicis organis concubinas quas secum educeret tonderi ad virilem modum et securibus peltisque Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citavit ac nullo idoneo respondente certum dominis numerum servorum indixit. Nec nisi ex tota cuiusque familia probatissimos et ne dispensatores quidem ac amanuensibus exceptis recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit et insuper inquilinos privatorum edium atque insularum pensionem annuam

representare fisco. Exegit ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum argentum pustulatum aurum ad obrussam ut plerique omnes collationem palam recusarent consensu flagitantes a delatoribus potius revocanda premia quecumque cepissent. Ex annone quoque caritate lucrancia accrevit invidia. Nam et forte accidit ut in publica fama Alexandrina navis nunciaretur pulverem luctatoribus aulicis advexisse. Quare omnium odio concitato nihil contumeliarum defuit quin subiret. Statue eius a vertice cirrus appositus est cum inscriptione greca nunc demum agona esse et traderet tandem alterius collo ascopa deligata simul quod titulus: Ego quid potui sed tu culleum meruisti. Ascriptum et columpnis etiam gallos eum cantando excitasse. Iam noctibus in gratia cum servis plerique simulantes crebro vindicem poscebant. Terrebatur ad hoc evidentibus portentibus somniorum et auspiciorum et ominum veteribus cum novis. Numquam ante cas pmare solitus. Occisa demum matre vidit per quietem navem sibi regenti extortum gubernaculum trahique se ab Octavia uxore in artissimas tenebras et modo pinnatarum formicarum multitudine oppleri modo a simulacris gentium ad Pompeii theatrum dedicatarum circumiri arcerique progressu. Asturconem quo maxime letabatur posteriore corporis parte in simie speciem transfiguratum ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est nomine eum cientis. Kal. Ianuarii exornati lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt. Auspicanti Sporus anuli munus obtulit cuius gemme scriptura erat Proserpine raptus. Votorum nuncupatione magna iam ordinum frequentia vix reperte capitolii claves. Cum ex oratione eius qua Vindicem perorabat recitaretur in senatu daturos penas sceleratos ac brevi dignum exitum facturos conclamatum est ab universis: Tu facies auguste. Observatum etiam fuerat novissimam fabulam cantasse eum publice Oedipodem exulem atque in hoc decidisse versu [illegible] ayou me iubet semel nupta mater

senatus inter alia complura mar
moreum arcum cum tropheis via appia
decrevit et germanici cognomen ipsi
posterisque eius fuisse autem creditur
non minus gloriosi quam civilis animi nam
de hoste super victoriis optima quo
que spolia captasse summoque sepius
discrimine duces germanorum tota
acie insectatus nec dissimulasse umquam
quod pristinum se reipublice statum quandocumque
posset restituturum unde existimo non
nullos tradere ausos suspectum eum au
gusto revocatumque ex provincia et
quia cunctaretur interceptum vene
no Quod equidem magis ne praeter
mitterem retuli quam quia verum aut ve
risimile putem cum augustus tanto
pere et vivum dilexerit et coheredem
semper filiis instituerit sicut quondam
in senatu professus est Et defunctum
ita pro contione laudaverit ut deos
precatus sit similes ei caesares su
os facerent sibique tam honestum
quandoque exitum darent quem illi dedis
sent Nec contentus elogium tumulo eius
versibus a se compositis exculpsisse
etiam vite memoriam prosa oratione con
posuit Ex Antonia minore com
plures quidem liberos tulit verum tres
omnino reliquit Germanicum liviliam
claudium Claudius natus est Iulio An
tonio et fabio africano consulibus kalendis
Augusti lugduni eo ipso die quo
primum ara ibi augusto dedicata
est Appellatusque tiberius Claudius
drusus Mox fratre maiore in iuliam fa
miliam adoptato germanici cogno
men assumpsit Infans autem relictus
a patre ac per omne fere pueritie atque
adolescentie tempus variis et tena
cibus morbis conflictatus est adeo ut
animo simul et corpore hebetato ne pro
gressa quidem aetate ulli publico pri
vatoque muneri habilis existima
retur diu atque etiam post tutelam
receptam alieni arbitrii et sub peda
gogo fuit quem barbarum et olim su
per iumentarium exquisitum sibi ap
positum ut se quibuscumque de causis quam seve
rissime coherceret ipse quodam libello con
queritur Ob hanc eandem valitudinem
et gladiatorio munere quod simul
cum fratre memorie patris edebat

palliolatus novo more praesedit et
togae virilis die circa mediam noc
tem sine sollempni officio lectica capito
lium latus est Disciplinis tamen liberalibus
ab etate prima non mediocrem operam
dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam
publicavit Verum ne sic quidem
quicquam dignitatis assequi aut spem de
se commodiorem in posterum facere potuit
Mater Antonia portentum eum hominis
dictitabat nec absolutum a natura sed
tantum inchoatum Ac si quem socordie argue
ret stultiorem aiebat filio suo Claudio
Avia Augusta pro despectissimo se
per habuit non affata nisi rarissime
non monere nisi acerbo et brevi scri
pto aut per internuntios solita Soror
livilla cum audisset quem quandoque im
peraturum tam iniquam et tam indignam
populi romani palam et clare detestata est Nam
avunculus maior augustus quid de eo in
utramque partem opinatus sit quo certius
cognoscantur capita ex ipsius epistolis
posui Collocutus sum cum tiberio ut
mandasti mea livia quid nepoti tuo
tiberio faciendum esset ludis martiali
bus Consentit autem uterque nostrum semel
nobis esse statuendum quod consilium in eo
sequamur Nam si est artius ut ita
dicam quid est quod dubi
temus quin per eosdem articulos et gra
dus producendus sit per quos frater
eius productus sit Sin autem
sentimus eum

prebenda materia
deridendi et illum et nos non est ho
minibus
nam semper estuabimus si de singu
lis articulis temporum deliberabimus
posse arbit
ramur eum gerere honores necne In
presentia tamen quibus de rebus consu
lis curare eum ludis martialibus tricli
nium sacerdotum non displicet nobis si
est passurus se ab Silani filio homine
sibi affini admoneri ne quid fa
ciat quod conspici et derideri possit
Spectare eum circenses ex pulvinari
non placet nobis Expositus enim in fron
te prima spectaculorum conspicietur
In albanum monte ire eum non pla
cet nobis aut esse rome latinarum

dicebat. Aut non prestat vobis si per
se cum fratre suo in montem Albanum
nostras mea Livia sententias quibus
placuit semel de tota re aliquid consti
tui ne semper inter spem et metum
fluctuemus licebit autem si voles An
tonie quoque nostre des hanc partem epi
stole huius legendam. Rursus alteris
litteris Tiberium adolescentem ego ve
ro dum tu aberis quottidie invita
bo ad cenam ne solus cenet cum suo
Sulpitio et Athenodoro qui vellem
diligentius et minus deligeret sibi
aliquem cuius motum et habitum et in
cessum imitaretur misellus
ubi non
aberravit eius animus satis appa
ret. Item
tertiis litteris Tiberium nepotem tuum
placere mihi declamantem potuisse
peream nisi mea Livia admiror. Nam
qui tam obscure loquatur qui possit
cum declamat dicere
que dicenda sunt non video. Nec
dubium est quin post hec Augustus
constituerit et reliquerit eum nul
lo praeter auguralis sacerdotii ho
nore impertitum ac ne heredem quidem
nisi inter tertios ac pene extraneos
e parte sexta nuncuparet lega
to quoque non amplius quam octingento
rum sestertiorum prosecutus. Tiberius
patruus petenti honores consula
ria ornamenta detulit sed insta
tius legittime flagitanti id solum
codicillis rescripsit xl aureos in
saturnalia ornamenta et sigil
laria misisse ei. Tum demum abiec
ta spe dignitatis ad ocium concessit
modo in hortis et suburbana do
mo modo in Campanie secessu de
litescens atque et contubernio sordi
dissimorum hominum super veterem se
gnitie notam ebrietatis quoque alee
et infamiam subiit. Cum interim quoque
quot modo agenti numquam aut of
ficium hominum aut reverentia publi
ce defuit. Equester ordo bis patro
num eum preferende legationis ele
git semel cum deportandum Roma
corpus Augusti humeris suis ab
consulibus exposcerent iterum cum
oppressum Seianum apud eosdem gratula
retur. Quin et spectaculis advenienti
assurgere et lacernas deponere sole
bat. Senatus quoque ut ad numerum
sodalium augustalium sorte ductorum ex
tra ordinem adiceretur censuit et mox
ut domus ei quam incendio amise
rat publica impensa restitueretur
dicendeque inter consulares senten
tie ius esset quod decretum abolitum est
excusante Tiberio imbecillitatem ac da
num liberalitate sua resarsurum pol
licente. Qui tamen moriens et in tertiis
heredibus eum ex parte tertia nuncupa
tum legato etiam circa sestertium vicies pro
secutus commendavit insuper exerci
tibus ac senatui populoque Ro. inter ce
teras necessitudines nominatim. Sub
Gaio demum fratris filio secundam exi
stimationem circa initia imperii omnibus
lenociniis colligente honores auspi
catus consulatum gessit una per du
os menses. Evenit quoque ut primitus
ingredienti cum fascibus forum praeter
volans aquila dexteriore humero con
sideret. Sortitus est et de altero con
sulatu in quartum annum. Presedit quoque non
numquam spectaculis in Gai vice accla
mante populo feliciter partim patruo
imperatoris partim Germanici fratri.
Nec eo minus contumeliis obnoxius vi
xit. Nam et si paulo serius ad predicta
cene occurrisset non nisi aegre et cir
cuitu demum triclinio recipiebatur et
quotiens post cibum obdormisceret
quod ei fere accidebat olearum aut
palmularum ossibus incessebatur interdum
ferula flagro vel velut per ludum ex
citabatur a capreis. Solebant et ma
nibus stertentis socci indui ut repen
te expergefactus faciem sibimet con
fricaret. Sed ne discriminibus quidem caruit
primum in ipso consulatu quod Neronis
et Drusi fratrum Cesaris statuas segni
us locandas ponendasque curasset
pene honore summotus est. Deinde ex
traneo vel etiam domesticorum aliquo
deferente assidue varie inquietatus
est. Cum vero detecta esset Lepidi et
Getulici coniuratio missus in Germa
niam inter legatos ad gratulandum
etiam vite periculum adiit indignante
ac fremente Gaio patruum potissimum
ad se missum quasi ad puerum regendum

adeo ut non defuerit qui traderet preci
pitatum quoque in flumen sicut vestitus
advenerat. Atque ex eo numquam nisi in se
natu novissimus consularium sententiam
dixit ignominie causa post omnes inter
rogatus. Etiam cognitio falsi testamen
ti recepta est in quo ipse signaverat.
Postremo sestertium octogies pro introitu
novi sacerdotii coactus impendere
ad eas rei familiaris angustias deci
dit ut cum obligatam aerario fidem
liberare non posset in vacuum lege pro
ditoria venalis pependerit sub edic
to prefectorum. Per hec ac talia simulata
maxima etatis parte transacta quinqua
gesimo anno imperium cepit quamvis
mirabili casu exclusus. Inter ceteros
ab insidiatoribus Gaii cum ei quasi secre
tum desideranti turbam submoverent
in dietam cui nomen est Hermaeum recesse
rat neque multo post rumore cedis
exterritus prorepsit ad solarium proxi
mum interque pretenta foribus vela
se abdidit. Latitantem discurrens forte gre
garius miles animadversis pedibus e
studio sciscitandi quisnam esset ad
gnovit extractumque et pre metu
ad genua sibi accidentem imperatorem
salutavit. Hinc ad alios commilitones
fluctuantes nec quicquam adhuc quam fre
mentes perduxit. Ab his lectice im
positus et quia sui diffugerant vi
cissim succollantibus in castra dela
tus est tristis ac trepidus miseran
te obvia turba quasi ad penam rapere
tur insons. Receptus intra vallum
inter excubias militum pernoctavit
aliquanto minore spe quam fiducia. Nam con
sules cum senatu et cohortibus urba
nis forum Capitoliumque occupaverant
asserturi communem libertatem. Atque
et ipse per tribunum pl. in curiam ad sua
denda que viderentur vi se et necessi
tate retineri respondit. Verum postero
die et senatu segniore in exequendis
conatibus per tedium et dissensionem
diversa censentium et multitudine que circum
adstabat unum rectorem iam et nomina
tim exposcente armatos pro contione
iurare in nomen suum passus est
promisitque singulis quina dena sester
tia primus Cesarum fidem militis etiam
premio pigneratus. Imperio

stabilito nihil antiquius duxit quam id bi
duum quo de mutando rei p. statu hesi
tatum erat memorie eximere. Omnium ita
que factorum dictorumque in eo veniam et
oblivionem in perpetuum sanxit ac pre
stitit tribunis modo quidem ac centurio
nibus paucis e coniuratorum in Gaium
numero interemptis et exempli simul
causa et quod suam quoque cedem depopo
scisse cognoverat. Conversus hinc ad
officia pietatis iusiurandum neque sanc
tius sibi neque crebrius instituit quam
per Augustum. Avie Livie divinos
honores et circensi pompa currum
elephantorum Augusteo similem de
cernenda curavit. Parentibus infe
rias publicas et hoc amplius patri
circenses annuos natali die, matri
carpentum quo per circum duceretur et co
gnomen Auguste ab avia recusatum.
At fratris memoriam per omnem occasio
nem celebratam comediam quoque grecam
neapolitano certamine docuit ac de
sententia iudicum coronavit. Ne M. quidem
Antonium inhonoratum ac sine grata
mentione transmisit testatus quon
dam per edictum tanto impensius
petere se ut natalem patris Drusi
celebrarent quod idem esset et avi sui
Antonii. Tiberio marmoreum arcum
iuxta Pompeii theatrum decretum
quidem olim a senatu verum omissum
peregit. Gaii quoque etsi omnia acta re
scidit diem tamen necis quamvis ex
ordium principatus sui vetuit inter
festos referri. At in semet augendo
parcus atque civilis prenomine impe
ratoris abstinuit nimios honores
recusavit sponsalia filie natalemque
genti nepotis silentio ac tantum dome
stica religione transegit. Neminem exulum nisi ex senatus au
ctoritate restituit. Ut sibi in curiam
prefectum pretorii tribunosque mili
tum secum inducere liceret utque rata es
sent que procuratores sui in iudican
do statuerant precario exegit. Ius nun
dinarum in privata predia a consu
libus petiit. Cognitionibus magistra
tuum ut unus e consiliariis frequen
ter interfuit. Eosdem spectacula ede
ntibus surgens et ipse cum cetera tur
ba voce ac manu veneratus est.

Tribunos plebis adeuntibus se pro tribu-
nali excusavit quod propter angustias non
posset audire eos nisi stantes. Qua-
re in brevi spatio tantum amoris fa-
vorisque collegit: ut quem profectum eum
Ostiam periisse ex insidiis nuntiatum es-
set magna consternatione populus
et militem quasi proditorem: et sena-
tum quasi parricidam diris execrationi-
bus incessere non ante destiterit quam
unus atque alter et mox plures a
magistratibus in rostra producti sal-
vum et appropinquare confirmarent.
Nec tamen expers insidiarum usque quaque
permansit et a singulis et per fac-
tionem eadem quoque civili bello infestatus
est. E plebe homo nocte media iuxta
cubiculum eius cum pugione eius de-
prehensus est. Reperti et equestris
ordinis duo in publico cum dolone
ac venatorio cultro prestolantes
alter ut egressum a theatro alter ut
sacrificantem apud Martis edem ado-
riretur. Conspiraverunt autem ad
res novas Gallus Asinius et Sta-
tilius Corvinus Pollionis Pollionis ac
Messalae oratorum nepotes assumptis
compluribus libertis ipsius atque servis.
Bellum civile movit Furius Camillus
Scribonianus Dalmatiae legatus
verum intra quintum diem oppressus
est legionibus quae sacramentum mu-
taverant in penitentiam religione
conversis postquam denuntiato ad novum
imperatorem itinere casu quodam ac di-
vinitus neque aquila ornari neque si-
gna convelli moverique potuerunt.
Consulatus super pristinum quatuor
gessit. Ex quibus duos primos iuncti
sequentes per intervallum quarto quoque
anno semestrem novissimum bime-
stres ceteros. Tertium autem novo cir-
ca principe exemplo in locum demor-
tui suffectus. Ius et consul extra ho-
norem laboriosissime dixit etiam
suis suorumque diebus solemnibus
nonnunquam festis quoque antiquitus
et religiosis. Nec semper prescripta
legum secutus duritiam lenitatemve
multarum ex bono et equo perinde
ut afficeretur moderatus est. Nam et
iis qui apud privatos iudices plus
petendo formula excidissent restitu-
it actiones. Et in maiore fraude convic-
tos legitimam penam supergressus
ad bestias condemnavit. In cogno-
scendo autem et decernendo mira va-
rietate animi fuit modo circumspectus
et sagax interdum inconsultus et pre-
ceps nonnunquam frivolus amentique
similis. Cum decurias rerum actu expun-
geret eum qui dissimulata vacatione
quam beneficio liberorum habebat re-
sponderat ut cupidum iudicandi di-
misit. Alium interpellatum ab adversari-
is de propria lite negantemque cogni-
tionis rem sed ordinarii iuris esse age-
re causam confestim apud se coegit
proprio negotio documentum daturum
quam equus iudex in alieno negotio
futurus esset. Feminam non agno-
scentem filium suum dubia utrimque argu-
mentorum fide ad confessionem compu-
lit: indicto matrimonio iuvenis. Ab-
sentibus secundum presentes facillime
dabat penas nullo dilectu culpane quis
an aliqua necessitate cessasset.
Proclamante quodam precidendas
falsario manus carnificem statim
acciri cum machera mensaque lanio-
nia flagitavit. Peregrinitatis reum
orta inter advocatos levi contentio-
ne togatumne an palliatum dicere
causam oporteret quasi equitatem integram
ostentans mutare habitum sepius
et prout accusaretur defendereturve
iussit. De quodam et negotio ita ex
tabella pronuntiasse creditur secundum eos se
sentire qui verum proposuissent.
Propter que usque eo eviluit ut passim ac
propalam contemptui esset. Excu-
sans quidem testem e provincia ab eo
vocatum negavit presto esse posse dis-
simulata diu causa ac post longas
demum interrogationes mortuus est in-
quit puto licuit. Alius gratias
agens quod reum defendi pateretur adie-
cit et tamen fieri solet. Illud quoque a
maioribus natu audiebam adeo cau-
sidicos patientia eius solitos abuti ut
discedentem e tribunali non solum voce re-
vocarent sed et lacinia togae retenta
interdum pede aprehenso detinerent. Ac
ne cui hec mira sint litigatori gre-
culo vox in altercatione excidit
Equitem quidem romanum ob scenitatem in feminas

reu. sed falso ab impotentibus inimicis confecto crimine satis constat eum scorta meritoria citatum adversus se et audiri pro testibus videret graphium et libellos quos tenebat in manu ita cum magna stultitie esse iudicem exprobrantem iecisse in faciem eius ut gena non leviter perstringeretur. Gessit et censuram intermissam diu post Plancum Paulum quam censores sed hanc quoque inequabiliter varioque et animo et eventu recognitione equitum iuvenem probri plenum sed quem pater probatissimum sibi affirmabat sine ignominia dimisit habere dicens censorem suum. Alium corruptelis adulteriisque famosum nihil amplius quam monuit ut aut parcius etatule indulgeret aut certe cautius addiditque quare enim ego scio quam amicam habeat. Et cum orantibus familiaribus demsisset cuidam appositam notam: litura tamen inquit extet. Splendidum virum Grecie quam provincie principem verum Latini sermonis ignarum non modo albo iudicum erasit sed in peregrinitatem redegit nec quemquam nisi sua voce utcumque quis posset ac sine patrono rationem vite passus est reddere. Notavitque multos et quosdam inopinantes et ex causa novi generis quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent quendam vero et quod comes regis in provincia fuisset referens maiorum temporibus Rabirio Postumo Ptholomeum Alexandriam crediti servandi causa secuto crimen maiestatis apud iudices motum. Plures notare conatus magna inquisitorum neglegentia sed suo maiore dedecore innoxios fere repperit quibuscumque celibatum aut orbitatem aut egestatem obiceret maritos patres opulentos se probantibus eo quidem qui sibi met vim ferro intulisse arguebatur illesum corpus veste deposita ostentante. Fuerunt et illa in censura notabilia quod essedum argenteum sumptuose fabricatum ac venale ad Sigillaria redimi concidique coram imperavit quodque uno die XX edicta proposuit inter que duo quorum altero admonebat ut uberi vinearum proventu

bene dolia picarentur altero nihil eque facere ad vipere morsum quam taxi arboris sucum. Expeditionem unam omnino suscepit eamque modicam cum decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus leviorem maiestati principali titulum arbitraretur velletque iusti triumphi decus unde acquireret Britaniam potissimum elegit neque temptatam ulli post divum Iulium et tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc cum ab Ostia navigaret vehementi circio bis pene dimersus est prope Liguriam iuxta que Stoechades insulas. Quare a Massilia Gesoriacum usque pedestri itinere confecto inde transmisit ac sine ullo prelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insule in deditionem recepta sexto quam profectus erat mense Romam rediit triumphavitque maximo apparatu. Ad cuius spectaculum commeare in urbem non solum presidibus provinciarum permisit verum etiam exulibus quibusdam atque inter hostilia spolia navalem coronam fastigio Palatine domus iuxta civicam fixit traiecti et quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messallina uxor carpento secuta est. Secuti et triumphalia ornamenta eodem bello adepti sed ceteri pedibus et in pretexta Crassus Frugi equo phalerato et in veste palmata quod eum honorem iteraverat. Urbis annone quam curam sollicitissime semper egit. Cum Aemiliana pertinacius arderent in Diribitorio duobus noctibus mansit ac deficiente militum ac familiarium turba auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit ac positis ante se cum pecunia fiscis ad subveniendum hortatus est representans pro opera dignam cuique mercedem. Arctiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio foro a turba conviciisque et simul fragminibus panis ita infestatus ut egre nec nisi postico evadere in Palatium valuerit nihil non excogitavit ad invehendos etiam tempore hiberno commeatus. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit suscepto in se dampno si cui quid per tempestates accidisset et naves

mercature causa fabricantibus magna co
moda constituit cuique pro conditione cuiusque
civis Vacationem legis papiae poppae
latine ius quiritum feminis ius quatuor
liberorum que constituta hodie quoque servantur.
Opera magna potius quam necessaria
quam multa perfecit Sed vel precipua
ductum aquarum a Gaio inchoatum item
emissarium fucini lacus: portum quoque ostie
sem quamquam sciret ex his alterum ab augu
sto precantibus assidue marsis negatum
alterum a divo Julio sepius destinatum
At propter difficultatem omissum Claudiae
diae aquae gelidos et uberes fontes
quorum alteri ceruleo alteri curtio et al
budigno nomen est simul quoque rivum anienis
nis novo lapideo opere in urbe produ
xit divisit quoque in plurimos et ornatis
simos lacus fucinum aggressus est non
minus compendii spe quam glorie quoniam
quidam privato sumptu emissuros se
repromitterent si sibi siccati agri con
cederentur: per tria autem passuum milia
partim effosso monte partim exciso
canalem absolvit egre Et post un
decim annos quamvis continuis trigin
ta hominum milibus sine intermissione
operantibus portum ostie extruxit circum
ducto dextra sinistraque brachio et ad
introitum profundo iam solo mole obiecta
quam quo stabilius fundaret navem ante
demersit qua magnus obeliscus ex egi
pto fuerat advectus congestisque pilis
superposuit altissimam turrem in exem
plum alexandrini phari ut ad nocturnos
nos ignes cursum navigia dirige
rent Congiaria populo sepius di
stribuit Spectacula quoque plura
et magnifica edidit non usitata modo
ac solitis locis sed et commenta et ab an
tiquitate repetita et ubi preterea nemo
ante eum ludos dedicationis pompeiani
theatri quod ambustum restituerat e
tribunali posito in orchestra commisit
cum prius apud superiores edes suppli
casset per quam mediam caveam sedentibus
ac silentibus cunctis descendisset fecit
et seculares quasi anticipatos ab augu
sto nec legittimo tempore reservatos quam
vis ipse in historiis suis prodat intermissos
eos augustum multo post diligen
tissime quoque producere rerum Quare
set frequenter annorum ratione subdu

cta in ordinem redegisse Quare vox
preconis irrisa est invitantis more so
lemni ad ludos quos nec spectasset
quisquam nec spectaturus esset quem superas
sent adhuc qui spectaverant Et quidam
hystrionum producti olim tunc quoque
producerentur Circenses frequenter
etiam in vaticano commisit nonnumquam in
terta per quinos missus venatione
Circo vero maximo marmoreis carceribus
auratisque metis que utraque
et tofina ac lignea antea fuerant
excultis propria senatoribus constitu
it loca permiscue spectare solitis ac
sub quadrigarum certamina troiae
lusum exhibuit et africanas confici
ente turma equitum pretorianorum du
cibus tribunis ipsoque prefecto prae
terea thessalos equites qui feros
tauros per spacia circi agunt insiliunt
que defessos et ad terram cornibus de
trahunt Gladiatoria munera plu
rifaria ac multiplicia exhibuit anni
versaria in castris pretorianis sine
venatione apparatuque iusto atque legi
timum in septis ibidem extra ordinarium
et breve dierumque paucorum quodque ap
pellare cepit sportulam quia primum da
turus se dixerat velud ad subitam
conditamque cenulam invitare se popu
lum Nec ullo spectaculi genere communi
or aut remissior erat adeo ut obla
tos victoribus aureos prolata sinistra
pariter cum vulgo voce digitisque nu
meraret ac sepe hortando rogan
doque ad hilaritatem homines provo
caret dominos identidem appellans in
mixtis interdum frigidis et arcessitis lo
cis qualis est ut qui palumbum postula
tibus se daturum promisit si captus esset.
Illud quoque plane quantum vis saluberri
ter et in tempore cum essedario pro quo
quatuor filii deprecabantur magno omnium
favore indulsisset rudem tabulam
illico misit admonens populum quanto
opere liberos suscipere deberet quos
videret et gladiatori presidio gra
tieque esse Edidit et in martio campo
expugnationem direptionemque oppidi ad ima
ginem bellicam et deditionem britannie re
gum presedit quoque paludatus Quin et
emissurus fucinum lacum naumachiam
ante commisit Sed cum proclamantibus

naumacharius Ave imperator mo
rituri te salutant respondisset aut
non neque post hanc vocem quasi venia
data quisque dimicare vellet diu cuncta
tus ante flammeus vix ferro quoque absu
meret Tandem e sede sua prosiluit ac
per ambitum lacus non sine foeda va
cillatione discurrens partim minando
partim adhortando ad pugnam co
pulit Hoc spectaculo classis sicula et
rhodia concurrerunt duodenarum trie
mium singule exciente buccina triton
ne argenteo qui e medio laci per
machinam emerserat Quedam cir
ca ceremonias civilem quoque et milita
rem morem inter cetera omnium ordinem
statum domi forisque aut correxerit
aut exolita revocavit aut etiam
nova instituit In quo optandis
per collegia sacerdotibus neminem ni
si iuratus nominavit observavitque se
dulo ut quotiens terra in urbe mo
visset ferias advocata contione prae
tor indiceret ut quoque dira aut in capi
tolio visa obsecratio haberetur Eam
quoque ipse iure maximi pontificis co
inomitio pro rostris populo preiret
Summota quoque operariorum servitiorumque
turba Rerum actum divisum antea in
hibernos estivosque menses coniunxit
Iurisdictionem de fidei commissis quot
annis et tantum in urbe delegari
magistratibus solitam in perpetuum at
que etiam per provincias potestatibus
demandavit Capiti papiae pompe
ae legis a Tiberio cesare quasi
sexagenarii generare non possent
edicto obrogavit Sanxit ut pupil
lis extra ordinem tutores a consulibus
darentur; ut quoque hii quibus a magi
stratibus provincie interdicerentur
urbe quoque et italia summoverentur
Ipse quosdam novo exemplo relegavit
ut ultra lapidem tercium vetaret egre
di ab urbe De maiore negotio ac
turus in curia medius inter consulum
sellas tribunicio subsellio sedebat Co
meatus a senatu peti solitos beneficiorum
sui fecit Ornamenta consularia
etiam procuratoribus ducenariis in
dulsit Senatoriam dignitatem recusanti
bus equestrem quoque ademit Latum cla
vum quamvis initio affirmasset non lecturum

se senatorem nisi civis romanus abne
pos etiam libertini filio tribuit sed sub
condicione si prius ab equite romano
adoptatus esset ac sic quoque repreghen
sionem veritus Et Appium Ceci censorem
generis sui pro auctore libertinorum
filios in senatum adlegisse docuit Ig
narus temporibus Appii et deinceps
aliquamdiu libertinos dictos non ip
sos qui manu emitterentur sed inge
nuos ex his procreatos Collegio questo
rum pro stratura viarum gladiatorum
munus iniunxit Detractaque Ostiensi et
gallica provincia curam erarii satur
ni reddidit quam medio tempore pretores
aut uti nunc pretura functi sustinue
rant Triumphalia ornamenta Silla
ne filiae sue sponso nondum puberi de
dit Maioribus vero natu ita multis
tamque facile ut epistola communis le
gionum nomine extiterit petentium ut le
gatis consularibus simul cum exercitu et
et triumphalia darentur ne causam belli
quoquo modo quererent Aulo plautio
etiam ovationem decrevit Ingressoque ur
bem obviam progressus et in capito
lium eunti et inde rursus revertenti latus
texit Gabinio secundo Chaucis
gente germanica superatis cogno
men chaucinius usurpare concessit
Equestres militias ita ordinavit ut
post cohortem alam post alam tribu
natum legionis daret Stipendiaque
instituit et imaginarie militie genus quod
vocatur supra numerum quo absentes
et titulo tenus fungerentur Milites
domus senatorias salutandi causa in
gredi etiam patrum decreto prohibuit Li
bertinos qui se pro equitibus romanis age
rent publicavit Ingratos et de qui
bus patroni quererentur revocavit in
servitutem advocatisque eorum negavit
se adversus libertos ipsorum ius dicturum
Cum quidam egra et affecta mancipia
in insulam Esculapii tedio medendi
exponerent liberos esse sanxit Nec re
dire in dicionem domini si convaluissent
Quod si quis necare quem mallet quam exponere
cedis crimine teneri Viatores ne per
italie oppida nisi aut pedibus aut sel
la aut lectica transirent monuit
edicto Puteolis et ostiae singulas
cohortes ad arcendos incendiorum casus

collocauit Peregrine condicionis homines
vetuit vsurpare romana nomina dum
taxat gentilicia Ciuitatem ro. vsur-
pantes in campo esquilino securi
percussit Prouincias achaiam et ma
cedoniam quas tiberius ad curam su
am transtulerat senatui reddidit Liciis
ob exitiales inter se discordias liberta
tem ademit Rhodiis ob penitenciam
veterum delictorum reddidit Iliensi
bus quasi romane gentis auctoribus
tributa in perpetuum remisit recitata
vetera epistola greca senatus popu
lique ro. Seleuco regi amiciciam et
societatem ita demum pollicentis si con
sanguineos suos ilienses ab omni
onere immunes prestitisset Iude
os impulsore chresto assidue tumul
tuantes roma expulit Germanorum
legatos in orchestra sedere permisit
simplicitate et fiducia eorum commotus
quod in popularia deducti quom animad
uertissent parthos et Armenios se
dentes in senatu ad eadem loca sponte
transierant nihilo deteriorem virtu
tem aut condicionem suam predicantes
Druydarum religionem apud gallos
dire immanitatis et tantum ciuibus sub
Augusto interdictam penitus aboleuit
Contra sacra eleusina etiam transfer
re ex attica romam conatus est templumque
que in Sicilia veneris Erycinae ve
tustate collapsum ut ex erario popu
li ro. reficeretur auctor fuit Cum re
gibus fedus in foro icit porca cesa
ac veteri fecialium prefacione adhibi
ta Sed et hec et cetera totumque adeo
ex parte magna principatum non tam
suo quam vxorum libertorumque ministrauit
arbitrio talis vbique plerumque qua
lem esse aut expediret illis aut libe
ret Sponsas admodum adolescens du
as habuit Emyliam lepidam Au
gusti proneptem Item liuiam medulli
nam cui et cognomen Camillae erat
e genere antiquo dictatoris Camil
li priorem quod parentes eius augustum
offenderant virginem adhuc repudiat
Posteriorem ipso die qui erat in nupciis
destinatus ex valitudine amisit Vxo
res deinde duxit Plautiam Vrgu
lanillam triumphali et mox Eliam Peti
nam consulari patre Cum vtraque diuor

cium fecit Sed cum petina ex leuibus
offensis cum Vrgulanilla ob libidinum
probra et homicidii suspicionem Post has
Valeriam Messalinam Barbati Mes
salae consobrini sui filiam in matrimo
nium accepit Quam cum comperis
set super cetera flagicia atque dedeco
ra C silio etiam nupsisse et dote inter
auspices consignata supplicio affecit
confirmauitque pro contione apud
pretorianos quatenus sibi matrimo
nia male cederent permansurum se in
celibatu ac nisi permansisset non re
cusaturum confodi manibus ipsorum
Nec durare valuit quin de condicioni
bus continuo tractaret etiam de petina quam
olim exegerat deque Lolliae Paulinae que
C cesari nupta fuerat Verum ille
cebris Agrippinae germani fratris
sui filiae per ius osculi et blandiciarum
occasiones pellectus in amorem
subornauit proximo senatu qui cen
serent cogendum se ad ducendam eam vxo
rem quasi maxime reip. interesset ceteris
quoque ceteris veniam talium coniugiorum que
ad id tempus incesta habebantur ac
vix vno interposito die confecit nup
tias non repertis qui sequerentur
exemplum excepto libertino quodam
et altero primipilari cuius nupciarum
officium et ipse cum Agrippina celebra
uit Liberos ex tribus vxoribus
tulit Ex Vrgulanilla drusum et Clau
diam Ex petina Antoniam Ex messal
lina Octauiam et quem primo germani
cum mox britannicum cognominauit Dru
sum pompeiis puberem amisit piro
per lusum in sublime iactato et
hiatu oris excepto strangulatum Cui
et ante paucos dies filiam Seiani
despondisset Quo magis miror fu
isse qui traderent fraude a Seia
no necatum Claudiam ex liberto suo
Botere conceptam quamuis ante quintum
mensem diuortii natam alique ceptam
exponi iussit ad matris ianuam et nudam
iussit abici Antoniam Cn. pompeio
magno deinde fausto sillae nobilis
simis iuuenibus Octauiam vero
in priuigno suo collocauit Sylla
no iam ante desponsatam Brittannici vi
cesimo imperii die in quo secundo con
sulatu natum sibi paruulum etiam

tu et militi pro contione manibus
suis gestans et plebi per spectacula cum
sinu aut ante se retinens assidue co
mendabat faustisque ominibus ac ac
clamantium turba prosequebatur. E gene
ris neronem adoptavit pompeium atque
syllanum non recusavit modo sed intere
mit. Libertorum precipue suspexit pos
sidem spadonem quem etiam britan
no triumpho inter militares viros hasta
pura donavit. Nec minus felicem quem
cohortibus et alis provincieque iudee
preposuit trium reginarum maritum et har
pocran cui lectica per orbem vehendi
spectaculaque publice edendi ius tribu
it. Ac super hos polibium ab studiis
qui saepe inter duos consules ambula
bat. Sed ante omnes narcissum ab episto
lis et pallantem a rationibus quos de
creto quoque senatus non premiis modo in
gentibus sed et questoriis pretoriisque
ornamentis honorari libens passus
est. Tantum preterea acquirere et rape
re ut querente eo quondam de fisci exigu
itate non absurde dictum sit abundaturum
si a duobus libertis in consortium reciperetur.
His ut dixi uxoribusque addictus non prin
cipem se sed ministrum egit compendio cu
iusque horum vel etiam studio aut libidi
ne honores exercitus impunitates suppli
cia largitus est. Quod quidem insciens
plerumque et ignarus ac ne singillatim
minora quedam enumerem revoca
tas libertates eius iudicia rescissa sup
positos aut etiam palam immutatos da
torum officiorum codicellos. Appium Sylla
num consocerum suum Iuliasque alteram
drusi alteram germanici filiam crimine
incerto nec defensione ulla data
occidit. Item Cn. pompeium maioris fi
lie virum et L. Syllanum minoris sponsum
ex quibus pompeius in concubitu dilecti
adolescentuli confossus est. Syllanus
abdicare se pretura ante quattuor Kl.
Ian. morique initio anni coactus est die
ipso Claudii et Agrippinae nuptiarum.
In quinque et triginta senatores trece
tosque amplius equites ro. tanta faci
litate animadvertit ut cum de nece consula
ris viri renuntiante centurione factum
esse quod imperasset negaret quicquam se
imperasse tamen nihilominus rem comprobaret
affirmantibus libertis officio milites

functos quod ad ultionem imperatoris ul
tro procucurrissent. Nam illud omnem fidem
excesserit quod nuptiis quas Messallina
cum adultero silio fecerat tabellas dotis
et ipse consignaverit inductus quasi de
industria simularentur ad avertendum
transferendumque periculum quod imminere
ei ipsi per quedam ostenta portenderetur.
Auctoritas dignitatisque forme non de
fuit et veterum vel stanti vel sedenti ac
precipue quiescenti. Nam et prolixo nec
exili corpore erat et specie canitieque pul
chra opimis cervicibus ceterum et ingredien
tem destituebant poplites minus firmi et
remisse quid vel serio agentem mul
ta dehonestabant risus indecens ira
turpior spumante rictu humentibus na
ribus preterea lingue titubantia caput
que cum semper tum in quantulocumque
actu vel maxime tremulum. Valitudi
ne sicut olim gravi ita princeps prospe
ra usus est excepto stomachi dolore quo
se correptum etiam de consciscenda morte co
gitasse dixit. Convivia agitavit et am
pla et assidua et fere patentissimis lo
cis ut plerumque sexceni simul discumberet. Con
vivatus est et super emissarium fucini
laci ac pene submersus cum emissa impe
tu aqua redundasset. Adhibebat omni
cene et liberos suos cum pueris puellis
que nobilibus qui more veterum ad fulcra
lectorum sedentes vescerentur. Convive qui
pridie scyphum aureum subripuisse existi
mabatur revocato in diem posterum ca
licem fictilem apposuit. Dicitur etiam medi
tatus edictum quo veniam daret flatum cre
pitumque ventris in convivio emittendi cum
periclitatum quendam pre pudore ex contine
ntia reperisset. Cibi vini quoque et tempore et
loco appetentissimus cognoscens quondam
in Augusti foro ictusque nidore prandii
quod in proxima martis aede saliis
apparabatur deserto tribunali ascendit ad
sacerdotes unaque decubuit. Nec temere um
quam triclinio abscessit nisi distentus ac ma
dens et ut statim supino ac per som
num hianti pinna in os inderetur ad exo
nerandum stomachum. Somni brevissimi
erat. Nam ante mediam noctem plerumque
vigilabat ut tamen interdiu nonnumquam in iu
re dicendo obdormisceret vixque ab advo
catis de industria vocem augentibus exci
taretur. Libidinis in feminas profusis
sime marum omnino expers. Aleam studiosissime

lusit de cuius arte librum quoque emisit. Solitus etiam in gestatione ludere ita esseda alveoque adaptatis ne lusus confunderetur. Sevum et sanguinarium natura fuisse magnis minimisque apparuit rebus. Tormenta questionum penasque parricidarum representabat exigebatque coram. Cum spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset deligatisque ad palum noxiis carnifex deesset, accitum ab urbe vesperam usque opperiri perseveravit. Quibuscumque gladiatorum munere vel suo vel alieno etiam forte prolapsos iugulari iubebat, maxime retiarios, ut expirantium facies videretur. Cum par quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi parvulos ex utroque ferro in usum fieri sine mora iussit. Bestiariis meridianisque adeo delectabatur ut et prima luce ad spectaculum descenderet et meridie dimisso ad prandium populo persederet, preter destinatos etiam levi subitaque de causa quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero, si automatum vel pegma vel quid tale aliud parum cessisset. Induxit et unum ex nomenclatoribus suis sicut erat togatus. Sed nihil eque quam timidus ac diffidens fuit. Primis imperii diebus quamquam ut diximus iactator civilitatis neque convivia inire ausus est nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent militesque vice ministrorum fungerentur, neque egrum quemquam visitavit nisi explorato prius cubiculo culcitisque et stragulis pretemptatis et excussis. Reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit et quidem omnibus et acerbissimos. Sero enim ac vix remisit ne femine pretextatique pueri et puelle contrectarentur et ne cuius comiti aut librario calamarie et graphiarie thece adimerentur. Motu civili cum eum Camillus non dubitans etiam citra bellum posse terreri contumeliosa et minaci et contumaci epistola cedere imperio iuberet vitamque ociosam in privata re agere, dubitavit adhibitis principibus viris an optemperaret. Quasdam insidias temere delatas adeo expavit ut deponere imperium temptaverit. Quodam ut supra retuli cum ferro circa sacrificantem se deprehenso senatum

per precones propere convocavit ac lacrimis et vociferationibus miseratus est condicionem suam cui nihil tuti usquam esset, ac diu publico abstinuit. Messalline quoque amorem flagrantissimum non tam indignitate contumeliarum quam periculi metu abiecit, cum adultero Silio acquiri imperium credidisset. Quo tempore foedum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota via quam essetne sibi salvum imperium requirens. Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam levis extitit a quo non mediocri scrupulo iniecto ad cavendum ulciscendumque compelleretur. Unus ex litigatoribus seducto in salutatione affirmavit vidisse se per quietem occidi eum a quodam; dein paulo post quasi percussorem agnosceret libellum tradentem adversarium suum demonstravit. Confestimque is pro deprehenso ad penam raptus est. Pari modo oppressum ferunt Appium Sillanum. Quem cum Messallina et Narcissus conspirassent perdere, divisis partibus alter ante lucem similis attonito patroni cubiculum irrupit, affirmans somniasse se vim ei ab Appio illatam; altera in admirationem formata sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus adversari retulit. Nec multo post ex composito irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adesset preceptum erat, quasi plane representaretur somnii fides, arcessi statim ac mori iussus est. Nec dubitavit postero die Claudius ordinem rei geste perferre ad senatum ac liberto gratias agere quod pro salute sua etiam dormiens excubaret. Ire atque iracundie conscius sibi utramque excusavit edicto, distinxitque pollicitus alteram quidem brevem et innoxiam, alteram non iniustam fore. Ostiensibus quia sibi subeunti Tiberim scaphas obviam non miserint graviter correptis eaque cum invidia ut in ordinem se coactum conscriberet, repente tantum non satisfacientis modo veniam dedit. Quosdam in publico parum tempestive adeuntes manu sua repulit. Item scribam questorium itemque pretura functum senatorem inauditos et innoxios relegavit, quod ille adversus

privatum se intemperantius affuisset
Hic in edilitate inquilinos predio
rum suorum contra vetitum cocta ve
ndentes multasset Qua de causa
etiam coercitionem popinarum edilibus
ademit At ne stulticiam quidem suam
reticuit simulatamque a se ex indu
stria sub Gaio quod aliter evasurus p
venturusque ad susceptam stationem
non fuerit quibusdam oratiunculis
testatus est Nec tamen persuasit quod intra
breve tempus liber editus cui indi
verat
Argumentum autem stulticiam neminem fi
ngere Inter cetera in eo mirati sunt
homines et oblivionem et inconsidera
tiam vel ut grece dicam
Occisa Messallina paulopost quam in tri
clinio decubuit cur domina non ve
niret requisiit Multos ex his quos
capite damnaverat postero statim
die et in consilium et ad alee lusum
admoneri iussit et quasi morantes
tur ut somniculosos per nuncium in
crepuit Ducturus contra fas Agrippi
nam uxorem non cessavit omni ora
tione filiam et alumpnam et in gremio
suo natam atque educatam predicare At
legaturus in nomen familie Neronem quasi
parum reprehenderetur quod adulto iam fi
lio privignum adoptabat identidem
divulgavit neminem umquam per adop
tionem familie Claudie insertum Ser
monis vero rerumque tanta sepe ne
gligentiam ostendit ut nec quis nec
inter quos quove tempore ac loco verba
faceret scire aut cogitare existima
retur Cum de laniis ac vinariis
ageretur exclamavit in Curia Rogo
vos quis potest sine offula vivere
descripsitque abundantiam veterum taber
narum unde solitus esset vinum olim et
ipse petere De questore quodam can
didato inter causas suffragationis
sue posuit quod pater eius frigidam egro
sibi tempestive dedisset Inducta
teste in senatu Hec inquit matris
mee liberta et ornatrix fuit sed me
patronum semper existimavit Hoc ideo
dixi quod quedam sunt adhuc in domo
mea qui me patronum non puta
nt Sed pro tribunali Ostiensibus
quiddam publice orantibus quem exta

duisset nihil habere se vociferatus est
quare eos demereatur si quem alium
et se liberum esse Nam illius quottidi
ana et plane omnium horarum et mome
ntorum erant Quid ergo tibi te hetge
nius videor et

multaque talia etiam
privatis deformia Nedum principi
neque infacundo neque indocto immo etiam
pertinaciter liberalibus studiis dedi
to Historiam in adolescentia horta
nte T. Livio Sulpicio vero Flavo
etiam adiuvante scribere aggressus est
Et cum primum frequenti auditorio
commisisset egre perlegit refrigera
tus sepe a semet ipso Nam cum initio
recitationis defractis compluribus sub
selliis obesitate cuiusdam risus exortus
esset ne sedato quidem tumultu tem
perare potuit quin ex intervallo sub
inde facti reminisceretur cachinnosque
revocaret In principatu quoque et
scripsit plurimum et assidue recitavit
per lectorem Initium autem sumpsit historie
post cedem Cesaris dictatoris sed et
transiit ad inferiora tempora cepitque
a pace civili cum sentiret neque li
bere neque vere sibi de superioribus tra
dendi potestatem relictam correptus
sepe et a matre et ab avia priores
materie duo volumina posterioris unum
et xl reliquit Composuit et vite
sue octo volumina magis inepte quam
ineleganter Item Ciceronis defensio
nem adversus Asinii Galli libros
satis eruditam Novas etiam commentus
est litteras tres ac numero veterum quasi neces
sarias maxime addidit de quarum ra
tione cum privatus adhuc volumen
edidisset mox princeps non difficul
ter obtinuit ut in usu quoque promi
scuo essent Extat talis scriptura in
plerisque libris ac diurnis titulisque
operum Nec minore cura studia
greca secutus est amorem prestantiamque
linguae occasione omni professus
Cuidam barbaro greco ac latine disse
renti cum utroque inquit sermone sis
paratus / Et in commendanda patri
bus conscriptis Achaia gratam sibi pro
vinciam ait communium studiorum commer
cio Ac sepe in senatu legatis perpetua
oratione respondit Multum vero etiam

pro tribunali eciam homericis locutus est versibus. Quociens quidem hostem vel insidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti non temere aliud dedit quam

Denique et grecas scripsit historias, Tyrrenicon viginti, Carthedomathon octo, quarum causa veteri Alexandrie musio additum ex ipsius nomine institutumque ut quotannis in altero Tyrrenicon libri, in altero Carcedomachon diebus statutis velut in auditorio recitarentur toto a singulis per vices. Sub exitu vite signa quedam nec obscura penitentis de matrimonio Agrippine deque Neronis adopcione dederat. Siquidem commemorantibus libertis ac laudantibus cognicionem qua pridie quandam adulterii ream condempnaverat, sibi quoque in fatis esse iactavit omnia impudica sed non impunita matrimonia. Et subinde obvium sibi Britannicum arcius complexus hortatus est ut cresceret racionemque omnium a se factorum acciperet, greca insuper voce prosecutus vectas facite.

Cum quoque impubi teneroque adhuc quando statura permitteret togam dare destinasset, adiecit ut tandem populus Romanus verum Cesarem habeat. Non multoque post testamentum eciam conscripsit ac signis omnium magistratuum obsignavit. Prius igitur quam ultra progrederetur preventus est ab Agrippina, quam preter hec conscientia quoque nec minus delatores multorum criminum arguebant. Et veneno quidem occisum convenit; ubi autem et per quem dati sit, discrepat. Quidam tradunt epulanti in arce cum sacerdotibus per Halotum spadonem pregustatorem, alii domestico convivio per ipsam Agrippinam, que boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat. Eciam de subsequentibus diversa fama est. Multi statim hausto veneno obmutuisse aiunt excruciatumque doloribus nocte tota defecisse prope lucem. Nonnulli inter initia consopitum, deinde cibo affluente evomuisse omnia repetitumque toxico nescio aldito, quem velud exhaustum refici cibo oporteret, an immisso per clisterium ut quasi abundancia laboranti eciam hoc genere egestionis subveniretur. Mors eius celata est donec circa successorem omnia ordinarentur. Itaque ut quasi pro egro adhuc vota suscepta sunt et inducti per simulacionem comedi qui velud desiderantem oblectarent. Excessit iii idus octobris Asinio Marcello Acilio Aviola consulibus, sexagesimo quarto etatis, imperii quarto decimo anno, funeratusque est solempni principum pompa et in numerum deorum relatus, quem honorem a Nerone destitutum abolitumque recepit mox per Vespesianum. Presagia mortis eius fuerunt precipua exortus crinite stelle quam cometam vocant, tactumque de celo monumentum Drusi patris, et quod eodem anno omnium magistratuum genera plerique mortem obierant. Sed nec ipse ignorasse aut dissimulasse ultima vite sue tempora videretur aliquot quidem argumentis. Nam et cum consules designaret, neminem ultra mensem quo obiit designavit, et in senatu cui novissime interfuit multum ad concordiam liberos suos cohortatus utriusque etatem suppliciter patribus commendavit, et in ultima cognicione pro tribunali accessisse se ad finem mortalitatis quamquam abhominantibus qui audiebant semel atque iterum pronunciavit.

Nero Cesar

E gente Domicia due familie claruerunt, Calvinorum et Aenobarborum. Aenobarbi auctorem originis itemque cognominis habent L. Domitium, cui rure quondam revertenti iuvenes gemini augustiore forma occurrisse traduntur ut nunciaret senatui ac populo victoriam de qua incertum adhuc erat, atque in fidem maiestatis adeo permulsisse malas ut e nigro rutilo aerique ad similem capillum redderent. Quod insigne mansit et in posteris eius ac magna pars rutila barba fuerunt

Super quod oratorum ac poetarum certamina
Congiarium populo nummorum trecenorum
ter dedit atque inter spectacula muneris
largissimum epulum septimontiali sacrorum
die senatui equiti quoque panariis plebei spor
tellis cum obsonio distributis initiumque ve
scendi primus fecit. Die quoque proximo omne ge
nus rerum missilia sparsit. Et quia pars
maior intra popularia deciderat
quinquagenas tesseras in singulos cu
neos equestris ac senatorii ordinis pronun
tiavit. Plurima et amplissima opera in
cendio absumpta restituit in quibus et
capitolium quod rursus arserat sed omnia
sub titulo tantum suo ac sine ulla pristini
auctoris memoria. Novam autem excitavit
aedem in capitolio custodi Iovi et forum quod
nunc Nervae vocatur. Item Flaviae templum
gentis et stadium et odeum et nauma
chiam e cuius postea lapide maximus circus
deustis utrimque lateribus extructus est.
Expeditiones partim sponte suscepit par
tim necessario sponte in Cattos neces
sario unam in Sarmatas legione cum legato
simul caesa. In Dacos duas primam Oppi
o Sabino consulari oppresso secundam Cor
nelio Fusco praefecto cohortium praetoria
narum cui belli summam commiserat. De Chat
tis Dacisque post varia proelia duplicem
triumphum egit de Sarmatis lauream
modo Capitolino Iovi retulit. Bellum ci
vile motum a L. Antonio superioris Ger
maniae praeside confecit absens felicitate
et mira cum ipsa dimicationis hora reso
lutus repente Rhenus transituras ad An
tonium copias barbarorum inhibuisset. De
qua victoria praesagiis prius quam nuntiis com
perit. Siquidem ipso quo dimicatum erat
die statuam eius Romae insignis aquila cir
cumplexa pennis clangores laetissimos
edidit. Pauloque post occisum Antonium adeo
vulgatum est ut caput eius quoque appor
tatum vidisse se plerique contenderent.
Multa etiam in communi rerum usu novavit.
Sportulas publicas sustulit revo
cata rectarum cenarum consuetudine duas
circensibus gregum factiones aurati purpu
reique panni ad quattuor pristinas ad
didit. Interdixit histrionibus scenam in
tra domum quidem exercendi artem iure concesso.
Castrari mares vetuit spadonum qui
residui apud mangones erant pretia
moderatus est. Ad summam quondam ubertatem vini

frumenti vero inopiam existimans nimio vinea
rum studio negligi arva edixit ne quis in
Italia novellaret utque in provinciis vineta
succiderentur relicta ubi plurimum dimidia
parte nec exsequi rem perseveravit. Quaedam
ex maximis officiis inter libertinos equitesque
Romanos communicavit. Geminari legionum castra
prohibuit nec plus quam mille nummos a quoquam
ad signa deponi quod L. Antonius apud
duarum legionum hiberna res novas moli
ens fiduciam cepisse etiam ex depositorum
summa videbatur. Addidit et quartum stipendium
militi aureos ternos. Ius diligenter et indu
strie dixit plerumque et in foro pro tribunali
extra ordinem ambitiosas centumvirorum se
ntentias rescidit. Reciperatores ne se
perfusoriis assertionibus accommodaret identidem
admonuit. Nummarios iudices cum suo quemque
consilio notavit. Auctor et tribunis ple
bis fuit aedilem sordidum repetundarum
accusandi iudicesque in eum a senatu petendi.
Magistratibus quoque urbicis provinciarum
quoque praesidibus coercendis tantum curae adhibu
it ut neque modestiores umquam neque iu
stiores exstiterint. E quibus plerosque post
illum reos omnium criminum vidimus. Suscepta
correctione morum licentiam theatralem in pro
miscue in equite spectandi inhibuit.
Scripta famosa vulgoque edita quibus primores
viri ac feminae notabantur abolevit
non sine auctorum ignominia. Quaestorium
virum quod gesticulandi saltandique studio te
neretur movit senatu. Probrosis feminis
lecticae usum ademit iusque capiendi le
gata hereditatesque. Equitem Romanum
ob reductam in matrimonium uxorem cui di
missae adulterii crimen intenderat era
sit iudicum albo. Quosdam ex utroque ge
nere albo ordine lege Scantinia condemnavit.
Incesta Vestalium virginum a patre
quoque suo et fratre neglecta varie ac se
vere coercuit priora capitali supplicio
posteriora more veteri. Nam cum Oculatis sorori
bus item Varonillae liberum mor
tis arbitrium permisisset corruptoresque
relegasset mox Corneliam maximam
virginem absolutam olim deinde longo
intervallo repetitam atque convictam defodi
imperavit stupratoresque virgis in comi
tio ad necem caedi excepto praetorio viro cui du
bia etiam tum causa et incertis quaestionibus
atque tormentis de semet professo exilium
indulsit. Ac ne qua religio deum impune

contaminaret monumentum quod libertus eius
e lapidibus templo capitolini iovis de
stinatis filio extruxerat diruit per mili
tes ossa et reliquias que inerant mari
demersit. Inter initia usque adeo ab omni
cede abhorrebat ut absente adhuc pa
tre recordatus virgilii versu Impia quam
cesis gens est epulata iuvencis / edicere
destinavit ne boves immolarentur. Cupidi
tatis quoque atque avaritie vix suspitio
nem ullam aut privatus unquam aut princeps aliquam
diu dedit immo diverso magne sepe non ab
stinentie modo sed etiam liberalitate
experimenta omnes circa se largissime prosecutus
nihil prius aut acrius monuit quam ne
quid sordide faceret. Relictas sibi heredi
tates ab hiis quibus liberi erant non recepit
legatum etiam ex testamento rusci cepionis
qui caverat ut quotannis ingredien
tibus curiam senatoribus certam summam viri
tim prestaret heres suus irritum fecit.
Reos autem ante quinquennium proximum qui apud
erarium pependissent universos discrimine
liberavit nec repeti nisi intra annum
eaque conditione permisit ut accusatori qui
causam non teneret exilium pena esset.
Scribas questorios negociantes ex consue
tudine sed contra clodiam legem venia
in preteritum donavit. Subsiciva que divi
sis per veteranos agris carptim super
fuerunt veteribus possessoribus ut usu cap
ta concessit. Fiscales calumpnias magna
calumpniantium pena repressit ferebaturque
vox eius princeps qui delatores non
ca vestigat irritat. Sed neque in clementie ne
que in abstinentie tenore permansit et
tamen aliquanto celerius ad sevitiam de
scivit quam ad cupiditatem. Discipulum pari
dis pantomimi impuberem adhuc et tunc
maxime egrum quod arte formaque non absi
milis magistro videbatur occidit. Item
Hermogenem tharsensem propter quasdam in
historia figuras librariis etiam qui eam
descripserant cruci fixis. Patrem famili
as quod threcem mirmilloni parem mu
nerario imparem dixerat detractum e
spectaculis in harenam canibus obiecit cum
hoc titulo impie locutus parmularius. Com
plures senatores et ex hiis aliquot consula
res interemit e quibus civicam cerealem in
ipso asie proconsulatu salvidienum Orfi
tum Acilium glabrionem ex ilio quasi mo
litores rerum novarum ceteros levissima

quemque de causa Aelium lamiam ob suspitio
sos quidem verum et veteres et innoxios
iocos quod post abductam uxorem laudanti
vocem suam eutacto duntaxat quodque
tito hortanti se ad alterum matrimonium re
sponderet
Salvium cocceianum quod othonis imperato
ris patrui sui diem natalem celebrave
rat. Mettium pomposianum quod habere im
peratoriam genesim vulgo ferebatur et quod
depictum orbem terre in membranis con
ciones quoque regum ac ducum ex tito livio circum
ferret quodque servis nomina magonis et ha
nibalis indidisset. Salustium lucullum bri
tannie legatum quod lanceas nove forme
luculleas passus esset nominari. Iunium rusticum
quod peti libros et elvidii prisci lau
des edidisset appellassetque eos sanctissimos
viros cuius criminis occasione philosophos omnes
urbe italiaque submovit. Occidit et el
vidium filium quod quasi scenico exodio sub
persona paridis et enonis divortium
suum cum uxore taxasset. Flavium sabinum
alterum e patruelibus quod eum comitiorum con
sularium die destinatum perperam preco non
consulem ad populum sed imperatorem
pronunciasset. Verum aliquanto post civi
lis belli victoriam sevior plerosque partis
adverse diu etiam latentes conscios et
investigaturus novo questionis genere dis
torsit immisso per obscena igne nonnul
lis et manus amputavit. Satis quoque con
stat duos solos e notioribus venia do
natos tribunum laticlavium et centurionem
qui se quo facilius expertes culpe oste
derent impudicos probaverant et ob
id neque apud ducem neque apud militem
ullius momenti esse potuisse. Erat autem
non solum magne sed etiam callide inopi
nateque sevitie. Actorem summarum pri
die quam cruci figeret in cubiculum vocavit
assidere in toro iuxta coegit securum
hilaremque dimisit partibus etiam de cena
dignatus est. Aretinum clementem consula
rem virum e familiaribus suis et emis
sariis capitis condempnaturus in eadem
vel etiam maiore gratia habuit quoad novis
sime simul gestanti conspecto delatore
eius vis inquit hunc nequissimum ser
vum cras audiamus. Et quo contemptius
abuteretur patientia hominum nunquam tristio
rem sententiam sine prefatione clementie
pronunciavit ut aliud iam certius atrocis

gratius factum esset quam principis lenitatis. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat et cum praedixisset experturum se illa die quam carus senatui esset, facile perfecerat ut etiam more maiorum puniendi condemnarentur; deinde atrocitate poenae conterritus ad leniendam invidiam intercessit his verbis: Licet non abre fuerit ipsa cognoscere, permittite patres conscripti a pietate vestra impetrari quod scio difficulter me impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis; nam et parcetis oculis vestris et intelligent me omnes senatui interfuisse. Exhaustus operum ac munerum impensis stipendioque quod adiecerat temptavit quidem ad relevandos castrenses sumptus militum numerum diminuere, sed cum et obnoxium se barbaris per hoc animadverteret neque eo secius in explicandis oneribus haereret, nihil pensi habuit quin praedaretur omni modo. Bona vivorum ac mortuorum usquequaque quolibet et accusatore et criminatore corripiebantur. Satis erat obici qualecumque factum dictumve adversus maiestatem principis. Confiscabantur alienissimae hereditates vel uno existente qui diceret audisse se ex defuncto cum viveret heredem sibi Caesarem esse. Praeter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est, ad quem deferebantur qui velut professi Iudaicam viverent vitam vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum memini cum a procuratore frequentissimoque consilio inspiceretur nonagenarius senex an circumsectus esset. Ab iuventa minime civilis animi, confidens etiam et cum verbis tum rebus immodicus, Caenidi patris concubinae ex Histria reversae osculumque ut assueverat offerenti manum praebuit; generi fratris indigne ferens albatos et ipsos ministros habere proclamavit.

Principatu vero adeptus neque in senatu iactare dubitavit et patri et fratri imperium dedisse, illos sibi reddidisse, neque in reducenda post divortium uxore edicere revocatam eam in pulvinar suum, adclamari etiam in amphitheatro epuli die libenter audiit: Domino et dominae feliciter. Sed et Capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantes ut Palfurium Suram restitueret pulsum olim senatu ac tunc de oratoribus coronatum, nullo responso dignatus tacere tantummodo iussit voce praeconis. Pari arrogantia cum

procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam sic coepit: Dominus et deus noster sic fieri iubet. Unde institutum posthac ut ne scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas et argenteas poni permisit ac ponderis certi. Ianos arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones urbis tantos ac tot extruxit ut cuidam Graece inscriptum sit: arci. Consulatus septemdecim cepit, quod ante eum nemo; ex quibus septem medios continuavit, omnes autem paene titulo tenus gessit nec quemquam ultra Kal. Mai., plerosque ad Idus usque Ianuarias. Post autem duos triumphos Germanici cognomine assumpto Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset. Per haec terribilis cunctis et invisus tandem oppressus est amicorum libertorumque intimorum simul et uxoris conspiratione. Annum diemque ultimum vitae iam pridem suspectum habebat, horam etiam nec non et genus mortis. Adolescentulo Chaldaei cuncta praedixerant; pater quoque super cenam quondam fungis abstinentem palam irriserat ut ignarum sortis suae, quod non ferrum potius timeret. Quare pavidus semper ac anxius minimis etiam suspicionibus praeter modum commovebatur; ut edicti de excidendis vineis propositi gratiam faceret non alia magis re compulsus creditur quam quod sparsi libelli cum his versibus erant.

Sed formidine oblatum a senatu novum et excogitatum honorem, quamquam omnium talium appetentissimus, recusavit, quo decretum erat ut quotiens gereret consulatum equites Romani quibus sors obtigisset trabeati et cum hastis militaribus praecederent eum inter lictores apparitoresque. Tempore vero suspecti periculi appropinquante sollicitior in dies porticuum in quibus solatori consueverat parietes phengite lapide distinxit, e cuius splendore per imagines quicquid a tergo fieret provideret. Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias receptas quidem in manu catenas tenens audiebat. Utque domesticis persuaderet ne bono quidem exemplo audendam esse patroni necem, Epaphroditum a libellis capitali poena condemnavit, quod post destitutionem Neroni in adipiscenda morte manu eius adiutus existimabatur. Denique Flavium Clementem patruelem suum

contemptissime inertie cuius filios etiam tum
parvulos successores palam destinaverat
abolito priore nomine alterum Vespasianum
appellari iusserat alterum Domitianum repen
te contemptissime suspicione tantum ac in ipso
eius consulatu interemit. Quo maxime fac
to maturavit sibi exitium. Continuis octo men
sibus tot fulgura facta nunciataque sunt ut
exclamaverit feriat iam quem velit. Tac
tum de celo Capitolium templumque Flavie gen
tis domus Palatina et cubiculum ipsius
atque etiam e basi statue triumphalis titulus
excussus vi procelle in monumentum proxi
mum decidit. Arbor que privato adhuc Ve
spasiano eversa surrexerat tunc rursus re
pente corruit. Prenestina Fortuna toto
imperii spatio annum novum commendanti letam
eandemque semper sortem dare consueta extremo
tristissimam reddidit nec sine sanguinis
mentione. Minervam quam superstitiose co
lebat somniavit excedere sacrario negantemque
ultra se tueri eum posse quod exarmata es
set a Iove. Nulla tamen re perinde commo
tus est quam responso casuque Ascletarionis ma
thematici. Hunc delatum nec inficiantem iactas
se se que providisset ex arte sciscitatus est quis
ipsum maneret exitus et affirmantem fo
re ut brevi laceraretur a canibus interfi
ci quidem sine mora sed ad coarguendam
temeritatem artis sepeliri quoque accura
tissime imperavit. Quod cum fieret
evenit ut repentina tempestate deiecto
funere semiustum cadaver discerperent
canes idque ei cenanti a mimo Latino qui
pretereuns forte animadverterat inter cete
ras diei fabulas referretur. Pridie quam
periret cum oblatos tuberes servari
iussisset in crastinum adiecit si modo uti
licuerit et conversus ad proximos affir
mavit fore ut sequenti die luna se in
aquario cruentaret factumque aliquod ex
isteret de quo loquerentur homines per
terrarum orbem. At circa mediam noctem
ita est exterritus ut ex e strato surgerat
prosiliret. Dehinc mane haruspicem ex
Germania missum qui consultus de fulgu
re mutationem rerum predixerat audit et
condempnavit. Ac dum exulceratum
in fronte verrucam vehementius scalpit
profluente sanguine utinam inquit hac
tenus. Tunc horas requirenti pro quin
ta quam metuebat sexta ex industria nun
ciata est. His velut transacto iam periculo
letus festinantem ad corporis curam Parthe
nius cubiculo prepositus convertit nuncians
esse qui magnum nescio quid afferret nec
differendum. Itaque summotis omnibus in cu
biculum se recepit atque ibi occisus est. De
insidiarum cedisque genere hec fere divul
gata sunt. Cunctantibus conspiratis quan
do et quo id lavantem ne aut cenantem
aggrederentur Stephanus Domicille pro
curator et tunc interceptarum pecuniarum reus
consilium operamque obtulit. Ac sinisteriore bra
chio velut egro lanceis fasciisque per
aliquot dies ad avertendam suspicionem
obvoluto ad ipsam horam dolum interiecit
professusque conspirationis indicium et ob
hoc admissus legenti traditum a se libellum
et attonito suffodit inguina. Saucium ac
repugnantem adorti Clodianus corni
cularius et Maximus Partheni libertus
et Sartor Saturninus decurio cubicularo
rum et quidam e gladiatorio ludo vulneribus
septem trucidaverunt. Puer qui curae Larum cu
biculi ex consuetudine assistens inter
fuit cedi hoc amplius narrabat iussum
se a Domitiano ad primum statim vulneris
ictum pugionem pulvino subditum porrigere
ac ministros vocare neque ad caput
quicquam excepto capulo ac preterea clausa
omnia repperisse atque illum interim arrepto
deductoque ad terram Stephano collucta
tum diu tum modo ferrum extorquere mo
do quamquam laniatis digitis oculos effodere
conatum. Occisus est xiiii kal. octob. anno
etatis xlv imperii quintodecimo. Cada
ver eius populari sandapila per ves
pillones exportatum Phyllis nutrix in
suburbano suo Latina via funeravit
sed reliquias templo Flavie gentis cla
m intulit cineribusque Iulie Titi filie quam
et ipsam educarat commiscuit. Statura fuit
procera vultu modesto ruborisque pleno
grandibus oculis verum acie hebetiore
preterea pulcher ac decens maxime in iu
venta et quidem toto corpore exceptis pe
dibus quorum digitos restrictiores habe
bat. Postea calvitio quoque deformis et
obesitate ventris et crurum gracilitate
que tamen ei longa valitudine remacue
rant. Commendari se verecundia oris adeo
sentiebat ut apud senatum sic quondam iac
taverit usque adhuc certe et animum meum pro
bastis et vultum. Calvicio ita offendebatur
ut in contumeliam suam traheret si cui alii

ioco vel iurgio obiectaretur quamvis libello
quem de cura capillorum ad amicum edidit
Hoc etiam simul illud se qz consolans inse-
ruit

Eadem qz me manent
capillorum fata et forti animo fero coma
in adolescentia senescente Scias nec quic-
quam gratius decore nec brevius Laboris
impatiens pedibus per urbem non te-
mere ambulavit in expeditione et ag-
mine equo rarius lectica assidue vectus
est Armorum nullo vel sagittarum pre-
cipuo studio tenebatur Centenas va-
rii generis feras sepe in albano seces-
su conficientem spectavere plerique atque
etiam ex industria ita quarundam capita
figentem ut duobus ictibus quasi cornua
efficeret Nonnumquam in pueri stantis pro-
cul prebentisque pro scopulo dispansam
dextre manus palmam sagittas tanta ar-
te direxerit ut omnes per intervalla digito-
rum innocue evaderent Liberalia studia
imperii initio neglexit quamquam bibliothe-
cas incendio absumptas impensissime
reparare curasset exemplaribus undi-
que petitis missisque alexandream qui de-
scriberent emendarentque Numquam tamen hi-
storie carminibusve noscendis operam ope-
ram ullam aut stilo vel necessario de-
dit preter commentarios et acta tiberii
cesaris nihil lectitabat Epistolas oratio-
nesque et edicta alieno alphabeto formabat
ingenio Sermonis tamen nec inelegantis
dictorum etiam notabilium Vellem inquit
tam formosus esse quam metius sibi videtur
et cuiusdam caput varietate capilli sub-
rutilum et canum perfusam nivem mul-
so dixit Condicionem principum miserri-
mam aiebat quibus de coniuratione comper-
ta non crederetur nisi occisis Quotiens
otium esset alea se oblectabat etiam pro-
festis diebus matutinisque horis ac lava-
bat de die prandebatque ad satietatem
ut non temere super cenam preter marcia-
num malum et modicam in ampulla po-
tiunculam sumeret Convivabatur frequen-
ter ac large sed pene raptim certe non
ultra solis occasum nec ut postea comis-
saretur Non ad horam somni nihil ali-
ud quam solus secreto deambulabat Libi-
dinis nimie assiduitatem concubitus
velut exercitationis genus clinopalem
vocabat eratque fama quasi concubinas

ipse develleret nataret qz inter vulga-
tissimas meretrices Fratris filiam ad-
huc virginem oblatam in matrimonium
sibi cum devinctus domitie nuptiis per-
tinacissime recusasset non multo post alii
collocatam corrupit ultro et quidem vivo etiam
tito mox patre ac viro orbatam arden-
tissime palamque dilexit ut etiam causa
mortis extiterit coacte conceptum a se abi-
gere Occisum eum populus indifferenter
miles gravissime tulit statimque eum di-
vum appellare conatus est paratus et ul-
cisci nisi duces defuissent quod quidem pau-
lo post fecit expostulatis ad penam perti-
nacissime cedis auctoribus Contra senatus
adeo letatus est ut repleta certatim curia non
temperaret quin mortuum contumeliosissimo
atque acerbissimo adclamationum genere
laceraret scalas etiam inferri clipeosque et
imagines eius coram detrahi et ibidem so-
lo affligi iuberet Novissime ubique era-
dendos titulos abolendamque omnem me-
moriam decerneret Ante paucos quam occi-
deret menses cornix in capitolio elocuta
est

Nec defuit qui ostentum sic interpretaretur
Nuper tarpeio que sedit culmine cornix
Est bene non potuit dicere dixit erit
Ipsum etiam domitianum ferunt somniasse
se gibbam sibi pone cervicem auream ena-
tam pro certoque habuisse beatiorem post se
letioremque portendi statum rei p. sicut sa-
ne brevi evenit abstinentia et moderatio-
ne insequentium principum Amen

## Eiusdem versus in xii Cesares

Cesareos proceres in quorum regna secundis
Consulibus dudum romana potencia cessit
Accipe bis senos sua queque monosticha signat
Nomina res gestas vitamque obitumque peregit

### Nomina Cesarum

Primus regalem patefecit Iulius aulam
Cesar et Augusto nomen transcripsit et arte
Privignus post hunc regnat Nero Claudius a quo
Gaius cognomen caligeque cui castra dederunt
Claudius hunc potitur regno post quem Nero sevus
Ultimus Eneadum post hunc tres nec tribus annis
Galba senex frustra socio pisone certi
Mollis Otho infamis per luxum degener evi
Nec regno dignus nec morte Vitellius ut vir
His decimus fatoque avito Vespesianus
Et Titus imperii felix brevitate secutus
Frater quem calvum dixit sua Roma Neronem

### Longitudo regni Cesarum

Iulius ut perhibent divos tridecide regnum
Augustus post lustra decem sex prorogat annos
Et ter septenis geminos Nero Claudius addit
Tercia finit hiemis grassancia tempora Gaii
Claudius ebdomade duplici trahit et medium
Tantundem summo consul sed desinit unus
Galba senex Otho lascive et formose Vitelli
Tercia vos lacie regnantes nesciit etas
Interitu dignos vita properante peracta
Implet fatalem decadem sibi Vespesianus
Ocius terris Titus e brevitate biennis
Heu Tite monstravit terris te vita biennis
Cum decies senis potitur dum frater habenis

Iulius
Augustus
Tyberius
Gaius
Claudius
Nero
Galba
Otho
Vitellius
Vespesianus
Titus
Domicianus

### Finis et mors Cesarum

Exegit penas de Cesare curia mollis
Addidit Augusto divus matura senectus
Sera senex Capreis exul non fata peregit
Ter decies periit repetito vulnere Gaius
Claudius ambiguo conclusit fata veneno
Matricida veneno proprio se pertulit ense
Galba senex periit sene prostratus Othone
Mox Otho famosus clara se morte potitur
Tunc prodiga succedit perimendi sceptra Vitelli
Laudatum imperium mors lenis Vespesiani
At Titus orbis amor rapitur florentibus annis
Sera grave perimunt sed iusta pericula fratrem

